

*elemosynas, quas antea beneficiatus ex fructibus sui beneficii fecerit. Ex quâ damnatione certum est, beneficiatum, qui horas neglexit, ante omnem sententiam teneri in conscientiam restituere fructus negligentiae correspondentes, neque restitutionem compensari per elemosynas ex fructibus beneficii ante horarum neglectum datis. Pergit S. Pius V. in declaratione citatâ: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit: nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse, ex quibus patet, quod obligatio restituendi statim beneficiato incumbat, restituendi verò non nisi post sex menses.*

## DISPUTATIO XXXVI.

*De voto & sacrificio.*

**Q**uia unicum legis novæ sacrificium variis veteris legis hostiis successit, de quo agitur in 3. P. Disput. XXVI. & XXVII. propterea de sacrificio in genere pauca hic præmittimus Quæstionibus de voto.

Sacrificium generaliter dicitur quodlibet opus bonum, quod Deo exhibetur quo sensu dicitur Ps. 50. v. 10. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus & Hebr. 13. v. 16. Beneficentia & communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.* Specialius est actus Religionis à quolibet opere bono distinctus: quia de eo tanquam ad solos Sacerdotes pertinente loquitur S. Scriptura signanter Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis & hoc modo acceptum sacrificium definitur: oblatio rei sensibilis, Deo per legitimum ministrum facta cum aliquâ ipsius immutatione reali. Dici-*

**DEFINITIO I.** Oblatio in quâ ratione convenit sacrificium cum actionibus, quibus Deo aliquid in honorem exhibetur sine reali immutatione. *Dicitur 2.* Rei sensibilis tum quia interior devota mens à quolibet debet Deo offerri, tum quia sacrificium est signum sacrum, quod requirit rem externam. *Dicitur 3.* Deo quia per oblationem sacrificii recognoscitur supremum dominium vitæ & mortis, quod soli Deo Creatori & Rectori totius universi competit. *Dicitur 4.* Per legitimum ministrum, qui est Sacerdos; qui est minister ad hoc deputatus ut nomine totius populi offerat sacrificium, quod veluti actuum externorum, quibus Deus colitur, præcipuus meritò ad publicum ministrum spectat: tales Sacerdotes in lege naturæ erant vel ex speciali instinctu divino excitati ad sacrificandum ut Abel, Abraham, Moyses, vel primogeniti secundum determinationem ab hominibus factam, in lege autem scriptâ speciali ritu consecrabantur. *Dicitur 5.* Cum aliquâ immutatione reali quæ videlicet fiat in ipso sacrificandi actu, in quo differt sacrificium à simplici oblatione, sufficit autem qualiscunque mutatio tendens potiùs ad destructionem quam persistentiam rei, sive fiat per occisionem, consumptionem, sive per effusionem sive alio modo ut hic Q. 85. A. 3. ad 3. videtur innuere S. Th. *Sacrificia propriè dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit: sicut, quod animalia occidebantur & comburebantur, quod panis frangitur & comeditur & benedicitur.*

*Ex his sequitur I.* Non alteri quam Deo offerendum esse sacrificium eò quod solus sit supremus Dominus, Creator & Governator universorum unde S. Aug. lib. 10. de Civit. Dei cap. 4. *Sacrificium certe nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi Domino soli; multa denique de cultu divino usurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis sive humilitate ni-*

*nia sive adulatione pestifera: ita tamen ut quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: si autem eis multum additur, & adorandi: quis verò sacrificandum censuit, nisi ei, quem aut Deum scivit, aut putavit aut finxit. Licet verò sanctorum in sacrificiis habeatur memoria, etiam in eorum honorem templa & altaria intitulemus, non tamen eis dicamus templa & altaria, cum non ad sanctis sed soli Deo sacrificandum ea erigantur ut idem S. Aug. lib. 8. de civit. Dei. cap. ult. Nec tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquam Sanctorum Dei hominum, qui usque ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera Religio falsis Religionibus victis atque conuictis... Quis autem audivit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus: offero tibi sacrificium Petre vel Pauli, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis Angelis caelesti honore sociavit: ut eam celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium Coronarum atque Palmarum eodem invocato in auxilium ex eorum memoria renovatione adhortemur.*

*Sequitur 2. Quod ipsum lumen rationis dicet, Deum aliquo esse sacrificio aliquando colendum, ut videlicet exteriori rei sensibilis immutatione recognoscamus omnimodam nostram rerumque omnium totius universi à Deo dependentiam, unde etiam in quovis naturæ humanæ statu Deo sacrificium oblatum fuit: ante diluvium Cain & Abel obtulerunt sacrificium, prior de fructibus terræ, posterior de primogenitis gregis sui*

*& de*

DE

& de adipibus  
coribus & ve  
Altare, dete  
im ab homi  
Mosaicâ vari  
in lege novâ  
& sanguinis  
XXVI & X  
VOTUM  
tantum exte  
etiam inter  
plerumque  
sunt, licet  
derio, und  
curus est id,  
um significa  
tur Religio

D

DICO I.  
tur:  
am volunt  
ni. S. Th.  
Probatur  
e meliori b  
appositive  
ormaliter  
um Deo, q  
possit homo  
atur: imp  
to & quid  
cipere o  
propria vo  
luntas pce

& de adipibus eorum, post diluuium Noe de cunctis pecoribus & volucris mundis obtulit holocausta super Altare, determinatio autem istorum sacrificiorum partim ab hominibus facta est, partim à Deo, sicut in lege Mosaicâ varia Israelitis præscripta fuerunt sacrificia & in lege novâ Christus instituit incruentum sui corporis & sanguinis sacrificium de quo in 3. parte Disput. XXVI & XXVII.

VOTUM est actus Religionis externus, non quod tantum exteriores res Deo per votum exhibeamus, cum etiam interiores actiones votere possimus, sed quod plerumque promittamus voto Deo ea, quæ extrâ nos sunt, licet autem votum aliquando sumatur pro desiderio, undè dici solet voti compos factus, qui affectus est id, quod desiderat, attamen in præsentî votum significat promissionem Deo factam, ex quâ inducitur Religionis obligatio.

### Q U Æ S T I O I.

*De essentia & diversitate votorum.*

**D**ICO I. *Ad votum tria ex necessitate requiruntur: primò quidem deliberatio, secundò propositum voluntatis, tertio promissio, in quâ perficitur ratio voti.* S. Th. hic Q. 88. A. 1. O.

*Probatur Conclusio:* Votum est promissio Deo facta de meliori bono, atqui ad hanc promissionem præsuppositivè pertinent deliberatio & propositum, & formaliter ipsa promissio sive externa, sive interna cum Deo, qui scrutator est renum & cordium, obligari possit homo per solum actum internum, ergo; mi. probatur: imprimis præsupponitur ad votum deliberatio & quidem talis, quâ quis plenè cognoscit & vult suscipere obligationem voti: quia ad obligationem propriâ voluntate contrahendam requiritur, ut voluntas perfectè tendat in obligationem; atqui sine

plena cognitione voluntas non perfectè tendit in obligationem ; ergo requiritur perfecta deliberatio videlicet tanta quæ sufficiens sit ad peccatum mortale incurrendum , hinc cap. venientis 2. lib. 3. tit. 34. de voto : aliquis in puerili ætate constitutus promisit visitare Jerosolymam , sed , quod facilitate potius quam ex arbitrio discretionis promiserit , absolvitur à Pontifice , ità tamen quod idem votum elemosynis redimat & juxtà consilium suum toto vitæ tempore uni pauperum Christi ( dummodo ad hoc suæ facultates sufficiant ) debeat providere ; sin vero hæc deliberatio & libertas esset semiplena , obligatio voti non teneret ; quia obligationis spontè sibi imponendæ in materia cæteròquin levi ratio per naturam suam exigit plenam libertatem in eo , qui hanc sibi imponit , nequit enim hæc obligationis moralis susceptio subsistere , nisi ex actu verè humano & morali , qualis simpliciter loquendo non est voluntas ex semiplena deliberatione procedens.

Deinde præsupponitur propositum , non quidem implendi hoc , quod promittit : quia potest quis se obligare ad aliquid faciendum , absque hoc , quod habeat propositum implendi , & licet talis graviter peccet votendo , validè tamen vovet , verum præsupponitur propositum obligationis suscipiendæ , quia votum est actus voluntatis deliberativæ , & consequenter ex proposito procedens , attamen in hoc proposito essentia voti non consistit : tum quia nudum propositum non inducit obligationem ; alias novum & speciale peccatum committerent , qui post confessionem factam in idem peccatum relabuntur ; atqui votum inducit obligationem , ergo non est nudum propositum : tum quia vovere est idem quod promittere , ut patet ex illo Ecclesia-

ste

D  
 ste 5. v. 3.  
 displicet eni  
 cunque votu  
 vovere, qu  
 23. v. 21.  
 cardabis re  
 Deo tuo, P  
 mittitur,  
 ciendo.  
 Non ob  
 in quoln  
 utrum is  
 mutare,  
 cetero fam  
 riter vovae  
 Et cap. sta  
 vitis non  
 seculum,  
 appareat,  
 in religio  
 videtur ex  
 Contra  
 agatur de  
 citam pron  
 capitulo d  
 cum absol  
 posito ab e  
 gionem p  
 ut, ut sta  
 emitteren  
 solutè vol  
 Neque  
 62. nemo  
 tro aptus e  
 tum mitti

Ita 5. v. 3. *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quocumque voveris, redde v. 4. multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere & Deut. 23. v. 21. cum votum voveris Domino Deo tuo non tardabis reddere v. 23. facies sicut promissisti Domino Deo tuo.* Per simplex autem propositum nihil promittitur, neque fides datur Deo de aliquo faciendo.

Non obstat 1. cap. consulti 20 de Regul. lib. 3. tit. 31. in quo Innoc. III. ita rescribit: *credimus distinguendum, utrum is, qui convertitur, proposuerit absolute vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cetero famuletur . . . in primo casu debet, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire.* Et cap. statuiimus 23. eod. tit. in quo Greg. IX. de novitiis nondum professis, quod redire nequeant ad seculum, hanc facit exceptionem: *nisi evidenter appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuo Domino deservire.* Ex quibus videtur ex nudo proposito orta voti obligatio.

Contra enim est: quod in utroque capitulo non agatur de nudo proposito, sed de proposito per tacitam promissionem saltem firmato: in priori enim capitulo distinguitur is qui venit ad monasterium cum absoluto in habitu regulari Deo serviendi proposito ab eo, qui solum propositum habuerit religionem probandi, accedit, quod olim usus fuerit, ut statim ad religionem admissi votum simplex emitterent. In posteriori etiam agitur de iis, qui absolute voluerunt vitam promissione facta mutare.

Neque obstat 2. quod Christus dicit Luc. 9. v. 62. *nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei*, per solum autem propositum mittitur manus ad aratrum.

Contrà enim est : quod non tantum vovens, sed etiam simpliciter proponens Christum sequi & impedimenta ab ejus servitio retrahentia relinquere, possit ab ejus servitio resilire, licet non resiliat à voto.

Ex quibus denique sequitur, quod votum essentialiter sit promissio non quidem, ut dictum est, externa, quæ necessaria est ad hoc, ut homo homini obligetur, sed interna, quâ homo Deo obligari potest, convenienter autem & maximè in voto solemni exprimuntur exteriora verba, tum ad ipsius voventis excitationem, tum ad alios adhibendos in testes, ut non solum vovens desistat à fractione voti propter timorem Dei, sed etiam propter reverentiam hominum; in hac promissione procedente ex proposito faciendi vel dimittendi aliquid in ordine ad Deum consistit essentia voti, cum hæc importet firmitatem & obligationem ad votum requisitam.

*Q. 1.* An & quæ vota emissa ex metu gravi injustè à causa libera ad extorquendum votum incusso sint invalida?

*R.* Licet plures auctores omnia vota ex tali metu emissa ex jure Ecclesiastico invalida esse censeant, probabilius tamen videtur solum votum professionis religionis ( de quo solo sacri canones irritantes loquuntur ) esse irritum, quod ex consequenti extendendum est ( sicut in simili ob invaliditatem matrimonii ex metu contracti invalida sunt sponsalia ob similem metum ) ad votum religionis assumendam, ex hac ratione: si enim tale votum esset firmum & ratum, consequens esset, quod ex illo sit obligatio ad religiosi statûs professionem, quæ non nisi invalida fieri possit, dum ex voto per metum extorto fieri deberet

*Q. 2.*

Di  
*Q. 2.* Erro  
 rancia voti  
 neè suscept  
 quit esse vo  
 votum. Et  
 in substanti  
 à vovente  
 liberè vol  
 to fine,  
 Dei obli  
 Ex his  
 ti, existi  
 tunc votu  
 mus se obl  
 videt alios  
 vota religi  
 gare ad te  
 Infertur  
 vovetur p  
 eam posse  
 gio Carthe  
 abstinentia  
 tum est ir  
 neque alia  
 substantiar  
 dem non v  
 de hac sed  
 Infertur  
 ritiat votu  
 tati pote  
 quoad ge  
 Dei, que  
 dus est spe  
 vum alter

Q. 2. Qualis error vitiet votum?

✠ Error substantialis vitiat votum, quia de substantia voti est esse voluntarium seu liberè ac spontaneè susceptum; atqui quod non est cognitum, nequit esse voluntarium, ergo error substantialis vitiat votum. Error vero circa accidentia non redundans in substantiam votum non vitiat: quia objectum à vovente intentum quoad substantiam voluntariè ac liberè voluntas tunc amplectitur ex vero Deo placito fine, quare promissio taliter facta in honorem Dei obtinet integram voti substantiam.

Ex his *infertur* 1. si quis erret circa essentiam voti, existimans illud nullam inducere obligationem, tunc votum non tenet: quia tunc nequit adesse animus se obligandi, nisi vellet votum emittere, sicut videt alios emittere, idem dicendum est de eo, qui vota religionis emitteret existimans illa tantum obligare ad tempus.

*Infertur* 2. si erretur circa voti materiam, v. g. vovetur peregrinatio Hierosolymitana à credente eam posse sine navigatione perfici, vovetur religio Carthusianorum vel Minimorum ab arbitrante abstinentiam à carnibus non esse præscriptam, votum est irritum, nec obligatur ullam neque hanc neque aliam religionem ingredi, non hanc: quia substantiam hujus non cognovit, consequenter eandem non voluit vovere; non aliam: quia præcisè de hac sed erroneè cogitavit.

*Infertur* 3. Error circa finem vel motivum voti vitiat votum, quod explicatur: quadrupliciter spectari potest finis voti. Primus finis est essentialis voto quoad genericam rationem spectato nempe cultus Dei, quo deficiente quoque deficit votum. Secundus est specificus voti alicujus, qui potest esse motivum alterius cujuscumque virtutis, v. g. quis vovet da-



re eleemosynam ei, quem putabat esse pauperem, postea vero comperit non esse pauperem, undè corruit quoque votum, utpotè de danda huic eleemosyna, quæ in hoc homine, qui non est pauper, locum non habet. Tertius est finis voto merè extrinsecus à vovente tamen tanquam motivum intentus, v. g. quis existimans vacare beneficium pro illo obtinendo vovet eleemosynam, pro sanitate filii infirmi, quem putat adhuc vivere, cum tamen mortuus sit, emittit votum, & hoc sine deficiente nullum est votum, cum cesserit ejus motivum. Quartus est finis ejus extrinsecus duplex, in quo est attendendum: an vovens utrumque simul indivisibiliter intenderit, & tunc uno deficiente deficit votum, an vero alterutrum tanquam adæquatum motivum intenderit, & tunc uno subsistente subsistit votum.

*Infertur 4.* Error circà causam merè impulsivam, subsistente adhuc causâ motivâ, non obstat valori voti, ut si voveris eleemosynam certo pauperi dandam, quem credis esse devotum & pium, licet revera pauper impius sit, valet votum, nisi pietas fuisset motivum,

DICO 2. *Duplex est votum scilicet simplex & solemne.* S. Th. hic Q. 88. A. 9. O.

*Explicatur:* votum solemne est, quod acceptatur ab Ecclesia irrevocabiliter ac ità solemnizatur non tantum efficiendo actus voto contrarios illicitos, sed etiam inhabilitando personam ad validè faciendâ quædam voto repugnantia, ut votum paupertatis religiosæ inhabilitat ad dominium, votum castitatis ad matrimonium, tale votum est votum castitatis annexum sacris ordinibus, & professio in ordine ab Ecclesia approbato; votum simplex fit à privata voluntate, nullâ interveniente publicâ acceptatione Ecclesiæ; an hæc divisio sit accidentalis vel essentialis

D  
essentialis  
quiores sub  
dantque ha  
re S. Th. t  
hic A. 7. a  
Verum  
ex natura  
lemnis ut  
tit. 6. qu  
Deum ne  
nihil aliu  
vid. pro  
solemnita  
hoc, que  
acceptetur  
ex ordinati  
trimonii r  
dum, inc  
proveniat  
plici dari p  
rum induc  
monium c  
rorum in e  
Dominii  
vot. & vo  
dentes, q  
Ecclesia ef  
in suâ Bull  
editâ anno  
hujus sum  
dem ità re  
tatem solâ  
que hujus  
religionis  
verbis cor

essentialis disputatur, Thomistæ præsertim antiquiores sustinent esse divisionem essentialem, fundantque hanc sententiam potissimum in autoritate S. Th. tum in 4. dist. 38. Q. 1. A. 2. qlâ. 3. tum hic A. 7. ad 1.

Verum non esse nisi accidentalem probatur: quia ex naturâ voti eadem est obligatio voti simplicis ac solemnis ut inquit cælestinus III. in cap. rursus 6. lib. 4. tit. 6. qui Cler. vel vov. *Cum simplex votum apud Deum non minus obliget, quam solemne*: quia simplex nihil aliud includit, quam id quod habet ex naturâ voti vid. promissionem puram Deo factam; solemne addit solemnitatem ab Ecclesiâ inventam, quæ consistit in hoc, quod promissio illa ab Ecclesiâ irrevocabiliter acceptetur, ex quâ traditione irrevocabiliter acceptatâ ex ordinatione Ecclesiæ sequuntur hi effectus: solutio matrimonii rati, incapacitas ad matrimonium contrahendum, incapacitas dominii &c. qui tamen effectus cum proveniant ex ordinatione Ecclesiæ, etiam voto simplici dari possunt, ut de facto vota simplicia Scho'astico-rum inducunt in Societate Jesu incapacitatem ad matrimonium contrahendum, item vota simplicia coadjutorum in eâdem societate reddunt voventes incapaces Dominii; hinc Bonifacius VIII. in cap. un. de vot. & voti redempt. in 6. lib. 3. tit. 15. *Nos attendentes, quod voti solemnitas ex solâ constitutione Ecclesiæ est inventa* simili modo loquitur Greg. XIII. in suâ Bullâ contrâ insectantes institutum Societatis Jesu editâ anno 1584. quæ incipit: *ascendente Domino, & est hujus summi Potificis 89. tom. 2. Bull. in quâ §. 18. eosdem itâ redarguit: Non considerantes, voti solemnitatem solâ Ecclesiæ constitutione inventam esse, triaque hujusmodi vota tametsi simplicia, ut substantialia religionis vota ab hac sede fuisse admissa.* Ex quibus verbis constat, quod idem operentur in Societate Jesu

vota simplicia videlicet ex constitutione Ecclesiæ, quod in aliis religionibus faciunt vota solemnia, ut æque sint veri religiosi ac in statu religioso constituti ac aliarum religionum professi; quia ad statum religiosum per se loquendo requiritur & sufficit moralis stabilitas; sed vota simplicia ab Ecclesiâ approbata sufficiunt ad stabilitatem, quantum est ex parte religiosi, licet ex parte religionis limitationem admittant: quia hæc revocabiliter illa vota acceptat; ad rationem statûs autem ex parte illum assumentis sufficit talis firmitas, ut illum non possit privatâ authoritate mutare, sicut ad constituendum statum servilem sufficit absoluta traditio & acceptatio Domini, quamvis Dominus se non obliget ad retinendum servum; ex quo ita arguitur: Ecclesia annexit votis simplicibus in Societate Jesu post biennium: novitiatûs emissis eandem efficaciam, licet ex parte Soc. sint revocabiliter acceptata, quam habent vota solemnia ex parte religionis irrevocabiliter acceptata; ergo probabilius est, quod illa vis votorum solemnium ac consequenter ipsa solemnitas sit ex jure Ecclesiastico, cum tribuatur ab Ecclesiâ etiam votis simplicibus, quæ potuisset declarare, ut non valerent nisi essent irrevocabiliter acceptata ex utrâque parte, ac jam non valent solemnia, nisi ut ab utraque parte irrevocabiliter acceptata.

Respondent quidem, distinguendo solemnitatem intrinsecam ab extrinsecâ, ac hanc fatentur provenire ex constitutione Ecclesiæ non verò illam.

Sed instatur petendo assignationem differentię inter utramque solemnitatem, quam non potest constituere voluntas religiosi se irrevocabiliter tradendi, & religionis illam traditionem irrevocabiliter acceptandi, sed sola constitutio Ecclesiæ volentis, ut illa acceptatio ex parte religionis sit irrevocabilis: accedit S. Th. qui in 4. dist. 38. q. 1. a. 4. qu. lã 1. ad 3. dicit: *Et ideo alii dicunt*

*cunt*

cunt probabilius : si communis utilitas totius Ecclesie : aut unius regni vel provincia exposceret , posset convenienter & in voto continentia & in voto religionis dispensari quantumcunque esset solemnizatum.

Obj. 1. Juxtà cap. cum ad monasterium 6. de stat. mon. lib 3. tit. 35. *Abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis adeò est annexa regule monachali , ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Ergo ex naturâ rei differt votum solemne à voto simplici, siquidem in voto simplici non verò solemni dispensare potest summus Pontifex.

R. Ex hoc cap. solum probari non posse Pontificem illa duo componere scil. proprium retinere vel castitatem non servare cum statu religioso, & ità summus Pontifex dispensare nequit, ut manens professus solemniter simul habeat dominium proprietatis quoad exercitium, vel usum matrimonii & hæc est differentia inter votum solemne sacris ordinibus annexum & religionis, quod, quia votum solemne sacris ordinibus est accidentaliter annexum, possit relaxari votum castitatis & manere Clericus; vota autem castitatis paupertatis & obedientiæ sunt de Jure divino & essentialiter annexa statui religioso, licet solemnitas horum sit ex institutione Ecclesie; & hinc summus Pontifex non potest tollere obligationem castitatis vel paupertatis, ita ut adhuc maneat religiosus ille, cum quo dispensatur nec plus voluit S. Th. hic Q. 88. a. 11. ubi cum in arg. 2. sed contra citasset cap. cum ad monasterium cit. in corpore articuli infert: *Quia decretalis inducta expressè dicit, quod nec summus Pontifex potest contra custodiam castitatis monacho licentiam dare.* Unde negat hoc intuitu istius capituli, quod tamen per sequentes Pontifices declaratum fuit, ut intelligi debeat, in sensu composito statûs monachalis vel religiosi in istis votis dispensari non posse; quod eratur ex  
 ipsis

ipsis verbis S. D. A. cit. O. Unde videtur, quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentia solemnizato per susceptionem sacri ordinis, est autem debitum continentia essentialis statui religionis, per quem homo abrenuntiat seculo totaliter Dei servitio mancipatus, quod non potest simul stare cum matrimonio.

Obj. 2. S. Th. hic Q. 88. a. 7. ad 1. dicit: *Votum solemne habet fortiorem obligationem apud Deum, quam votum simplex, & gravius peccat, qui illud transgreditur.* Ergo votum solemne & simplex differunt essentialiter; cum essentialis differentia voti desumatur à vi obligandi.

R. Explicando textum S. Th. habet votum solemne supposita institutione Ecclesiae, qua illud jam est solemnizatum, fortiorem & ad plura efficacem obligationem quam simplex, non autem sistendo præcisè intra lineam voti, Undè etiam graviora peccata inducit transgressio voti solemnitis supposita institutione Ecclesiae.

Obj. 3. Res uni tradita irrevocabiliter ex natura irrevocabilis traditionis non potest alteri tradi; atqui ex natura professionis per professionem religiosus Deo & religioni irrevocabiliter traditur. Ergo non potest alteri tradi; ergo ex natura professionis est incapax matrimonii & proprietatis, & consequenter est essentialis ejus à voto simplici differentia.

R. Res uni tradita non potest alteri tradi non remittente illo cui tradita est, transeat, illo remittente N. summus Pontifex autem nomine Dei & religionis remittit obligationem voti, sicut enim in voto simplici nudam promissionem, ità in voto solemniti ipsam traditionem remittit, dixi transeat: quia ipsa voluntas tradendi ex se talem efficaciam non habet.

Obj.

De  
Obj. 4.  
pereat, n  
ad usus hu  
secrato,  
secratione  
nem Deo  
dispensati  
potest.  
R. 1.  
sola conf  
fanos ap  
R. 2.  
Deo per  
luntate h  
oblatione  
secratione  
denter à  
hanc obl  
dem hon  
venit à fo  
baptizatu  
nem prov  
non potest  
tificis aut  
tificatio,  
luntate h  
is orta tol  
Obj. 5  
giosum di  
hominem  
A. 2. ad  
um vel re  
R. Di  
tura sua  
ad illo,

*Obj. 4.* Res semel consecrata Deo, usque dum pereat, non potest amittere consecrationem, nec ad usus humanos converti ut cernitur in calice consecrato, qui, usque dum frangatur, retinet consecrationem; sed homo per professionem solemnem Deo & religioni consecratur; ergo per nullam dispensationem pontificiam hæc consecratio tolli potest.

*R. 1.* Negando; Maj. quia locus consecratus ex sola constitutione Ecclesiæ profanari & ad usus profanos applicari potest.

*R. 2.* Distinguendo Maj. res semel consecrata Deo per formam moralem non dependentem à voluntate hominis sese Deo offerentis & alterius hanc oblationem acceptantis, non potest amittere consecrationem, transeat, propter jam dicta. Dependenter à voluntate hominis offerentis & alterius hanc oblationem acceptantis N. non potest quidem homo amittere consecrationem, quæ provenit à formâ intrinsecâ physicè inhærente, sicut baptizatus, confirmatus, ordinatus consecrationem proveniente à caractere indelebili amittere non potest, nec ea pendet à voluntate summi Pontificis aut Ecclesiæ, veruntamen consecratio aut sanctificatio, quæ provenit à forma morali à libera voluntate hominis offerentis & oblationem acceptantis orta tolli potest ipso homine remanente.

*Obj. 5.* Votum quod facit monachum vel religiosum differt essentialiter ab eo, quod non facit hominem monachum, atqui juxtâ S. T. hic Q. 189. A. 2. ad 1. votum solemne facit hominem monachum vel religiosum, non verò simplex. Ergo.

*R.* Distinguendo Maj. votum quod facit ex natura sua hominem monachum differt essentialiter ad illo, quod id non facit ex natura sua Con. ran-  
rum

tum ex constitutione Ecclesiæ N. S. Th. loquitur de tempore illo, quo nulli erant veri religiosi nisi solemniter professi, qui tales erant non ex natura voti, sed ex constitutione Ecclesiæ, sicut modo sunt veri religiosi ex eadem Ecclesiæ constitutione non solemniter professi.

His quoad celeberrimam hanc divisionem voti deductis, præterea dividitur votum ex parte modi promittendi in absolutum, quo quis independenter ab omni alia conditione se obstringit Deo ad certam aliquam rem præstandam; & conditionatum, quo quis non vult subire obligationem voti, nisi verificatâ certâ conditione. Ex parte rei promissæ votum aliud est liberum, quod est de re, quæ subest soli Evangelico consilio, non autem alicujus præcepti necessitati, aliud necessarium, quod est de re necessaria vel necessitate mediæ vel præcepti. Deinde aliud est reale, quo Deo promittitur certa res externa. Aliud personale, quo actio propriæ personæ vovetur. Aliud mixtum, quo tam res quam actio voventis vovetur. Præterea, aliud est affirmativum, quo res positiva Deo promittitur. Aliud est negativum, quo promittitur virtuosa abstinencia. Ex parte durationis aliud est perpetuum, cujus obligatio extenditur ad totum vitæ spatium. Aliud temporale ad definitum tempus se extendens. Ex parte dispensabilitatis aliud est reservatum, cujus relaxatio Papæ reservatur. Aliud non reservatum, quod ordinarius relaxare potest.

## Q U Æ S T I O II.

*De Materiâ, Fine, & Obligatione Voti.*

**D**ICO I, *Propriè loquendo votum dicitur esse de meliori bono S. Th. hic Q. 88. A. 2. O.*

*Explico: ad votum requiritur, ut sit de bono morali*

Di  
rali five sit  
to, negat  
& non im  
1. Pars  
& honestæ  
five per vir  
additur, e  
bus & de  
ad substant  
possint  
quæ tam  
dat sub p  
ad prima  
non potest  
Deo displi  
inhonestur  
tum est,  
hoc potius  
robatur:  
non def  
necessitas n  
Deinde pot  
nem super  
ta, undè  
travi (cu  
vire judi  
Hinc in  
rentalia col  
privilegio a  
tibus non e  
rentialium  
na morta  
se.  
Infertu  
partim im  
2, 2, T

rali sive sit supererogatorium sive cadat sub præcepto, negativè saltem meliori sive non indifferenti, & non impeditivo majoris boni.

1. *Pars explicatur*: Votum debet esse de repossibili & honestâ; atqui bonum morale est res possibilis, sive per vires proprias sive aliundè subministratas (quod additur, quia valeret votum de actibus supernaturalibus & de vitandis peccatis mortalibus in materiis quoad substantiam supernaturalibus, licet illa fieri non possint sine auxiliis supernaturalibus sufficientibus, quæ tamen omnibus à Deo dantur) & honesta sive cadat sub præcepto sive non; ergo. Probatur maj. quoad primam partem: stultum est vovere aliquid, quod non potest impleri, stulta autem & infidelis promissio Deo displicet. Quoad 2. dam partem patet; quia omne inhonestum est Deo contrarium, sed quod Deo contrarium est, nequit in honorem ipsius illi promitti; quia hoc potius est minari quam promittere. Præcedens mi. probatur: quia etiamsi bonum illud cadat sub præcepto, non desinit tamen esse voluntarium & liberum; quia necessitas moralis præcepti supponit arbitrii libertatem. Deinde potest aliquis obligationi legis aliam obligationem superaddere, cum in hoc nulla sit inconvenientia, undè propheta Regius Psal. 118. v. 106. ait: *Juravi (cur non æquè potuisset vovere) & statui custodire judicia justitiæ tuæ.*

*Hinc infertur 1.* Votum evitandi omnia peccata venialia collectivè esse nullum; quia sine speciali Dei privilegio attentato communi cursu & ordinariis Dei auxiliis non est possibile totam collectionem peccatorum venialium evitare, valeret tamen votum evitandi omnia mortalia vel etiam hoc vel illud veniale in specie.

*Infertur 2.* Si materia voti sit partim possibilis, partim impossibilis, nec voventis intentio feratur in-

2.2. *Theol. Schol. Pars posterior.* A 2 divi-



divisibiliter ad utramque, nec pars possibilis vel in suâ natura vel spectato communi modo votendi pendeat à parte impossibili, tunc valere votum quoad partem possibilem ab impossibili separabilem; sic conjux vivente altero conjuge vovens castitatem obligatur ad partem possibilem nempe ad abstinendum à petitione debiti, non ad partem moraliter (obstante videlicet alterius conjugis jure) impossibilem videlicet ad abstinendum à redditione debiti vivente altero conjuge. Vovens jejunium per totam Quadragesimam, si non possit per totam, obligatur ad jejunandum per partem quadragesimæ; vovens pedestri itinere peregrinari Romam, ( nisi ex errore antecedente vovisset ) si non possit totam viam pedibus absolvere, tenetur eo modo quo potest; vovens rem, quam novit aut culpabiliter ignorat esse impossibilem videtur esse reus solius peccati venialis, quia nihil facit honori Dei contrarium sed si adsit prava intentio potest esse peccatum mortale.

*Infertur 3.* Vovere rem moraliter malam vel etiam ex fine pravo, ad quem tanquam medium votum assumitur, esse peccatum, & quidem si materia sit mortaliter mala, quæ promittitur cum proposito eam implendi, præter malitiam propriam importat etiam malitiam peccati mortalis virtuti religionis oppositam, si vero finis vel materia voti sint venialiter mala, etiam rectius dicitur, per se loquendo peccari mortaliter contra virtutem religionis, ex hâc ratione: vovens rem venialiter malam seu ob finem venialiter pravum offerens rem sic Deo promissam tanquam ipsi gratam, contestatur ipso opere bonitatem Dei non esse infinitam, quippe cum essentialiter repugnet Dei bonitati infinitæ, non averfari omnimodam etiam levem malitiam, sicut ergo juxta S. Th. in Blasphemiâ non potest dari peccatum veniale ob levitatem malitiæ, sed solum ex indeliberatione rationis, sic etiam non potest in

voto

voto rei venialiter malæ scienter & deliberatè factò dari parvitas materiæ.

2. *Pars probatur*: Res indifferens manens indifferens non est ordinata ad cultum & obsequium Dei, atqui omnis res cadens sub voto debet esse ordinata ad cultum & obsequium Dei: quia debet esse Deo grata & habere honestatem alicujus virtutis, res verò indifferens nullam habet alicujus virtutis honestatem, ergo non potest voveri.

*Hinc infertur*: Sequentia vota esse invalida: nempe 1. Votum de non ludendo cum Petro relictâ facultate ludendi cum aliis, nisi singularis in Petro adsit ratio, qui solet præbere occasionem rixandi vel jurandi. 2. Votum de non ingrediendo hanc domum, nisi specialis ratio v. g. periculum peccati adsit. 3. Votum in honorem B. V. non nendi die Sabbathi, dum non vult abstinere ab aliis operibus servilibus. 4. Votum in honorem decollationis S. Joannis Baptistæ non comedendi animalium capita, in honorem S. Laurentii non comedendi carnes assas, neque enim talia cedunt in cultum sanctorum, quando integra remanet facultas alias edendi carnes, nisi ad hos cibos quispiam specialiter esset affectus. Vovere tamen talem rem indifferentem (utpote quæ Deo nec est positivè grata nec positivè ingrata) non videtur in materia etiam religionis excedere culpam venialem.

3. *Pars explicatur & probatur*: Licet materia voti non debeat esse necessario de bono seu perfectissimo seu etiam perfectioris virtutis, sed sufficiat quæcunque virtutis honestas; attamen non debet majus bonum morale impedire: quia in tali circumstantia Deo acceptum esse nequit, consequenter inducit rationem mali nempe respectivè ad majus bonum, undè nulla sunt vota quæ Evangelicis consiliis opponuntur, quod tribus modis fieri potest: imprimis si voto positive exclu-

dantur Evangelica consilia ut si quis vovisset se nolle ingredi religionem quod certè ex omnium sententiâ est invalidum, utpote quantum est ex parte voventis ponens obicem Spiritui Sancto, ne ad altiorem statum vocet, additur votum de non mutuando seu fidejuben- do, ( nisi fiat cum restrictione de tali actione non præstandâ nisi maturiori cum consilio atque circum spectio- ne ) cum excludat consilium Evangelicum de mutuando &c. Idem est de voto perpetuo remanendi in aliquo servitio, cum quo status religiosus subsistere non potest & de voto non aliam, quam hanc minus strictam religionem exclusâ directè perfectiore religione ingre- diendi. Deindè potest esse votum de eo, quod qui- dem est conforme prudentis consilio, est tamen in- compossibile cum aliis perfectionis bonis, quale est votum non vovendi, nisi adhibito alicujus consilio sive cum aliâ prudenti restrictione, licet votum de non vovendo illimitatè non valeat, hoc tamen, quatenus excludit temeritatem ac imprudentiam in vovendo, validum est. Denique potest esse votum de opere vir- tutis impediens tamen ascensum ad altiorem statum, quale est votum de contrahendo matrimonio, quod valet, si sentiens se ita esse fragilem & ad carnis peccata proclivem, ut vix possit se continere, illud emitte- ret, alias illimitatè emissum non valet, eò quod se homo per illud obstringeret ad imperfectiorem sta- tum, ut impediret electionem perfectioris.

**DICO 2.** *Votum est ordinatio quedam eorum, que quis vovet, in divinum cultum seu obsequium.* S. Th. hic Q. 88. a. 5. in O. Sive finis intrinsecus voti est cul- tus divinus.

*Probatur:* Illud est finis intrinsecus voti, quod votum ex suâ essentiali ratione respicit & intendit, sed votum, cum sit actus religionis, ex suâ essentiali ratione respicit cultum divinum, ergo finis intrinsecus voti est

est cultu

esse vari

DICO

pleat vot

Proba

misit, p

ximè de

tum etia

gatio et

rius vir

tinet,

quam

riorim

do actu

intender

cessitate

gare, n

ordinan

fidem D

tio unice

voti alias

Ex q

precipiet

dientem

ex voto

quod tan

non est

Sequ

facere a

quia rel

undè sic

ita etiam

qui aliq

ille qui

quoad a

est cultus Dei, finis autem extrinsecus voventis potest esse varius.

DICO 3. *Maximè obligatur homo ad hoc, quod impleat vota Deo facta.* S. Th. hic Q. 88. a. 3. in O.

*Probat*ur Ratione D. Th. solvere id, quod promissit, pertinet ad hominis fidelitatem; sed homo maximè debet Deo fidelitatem, tum ratione Domini, tum etiam ratione beneficii suscepti; hæc tamen obligatio est ex motivo religionis solius, non autem alterius virtutis, ad quam fortè actus voto promissus pertinet, undè hæc est differentia inter votum seu legem, quam sibi vovens imposuit, & legem, quam superior imposuit, quod legislator seu superior præcipiendo actum virtutis specificam istius virtutis honestatem intendens ejusdem observandæ moralem imponat necessitatem, econtra vovens non aliter potest se obligare, nisi quatenus promittens Deo, in hujus cultum ordinando rem promissam, sibi imponit obligationem fidem Deo datam servandi, cujusmodi obligationis ratio unicè spectat ad virtutem religionis, nisi materia voti alias sit præcepta.

*Ex quo sequitur* 1. Religiosum præceptum prælati præcipientis opus aliundè non præceptum transgredientem unicum incurrere peccatum: quia non nisi ex voto obligatur ad obediendum prælato, contra quod tantum & non contra virtutem, cujus actus alias non est præceptus, peccat.

*Sequitur* 2. Laudabilius & magis meritorium esse facere aliquid ex voto quam sine voto. Imprimis quia religio est virtus inter morales præstantissima, undè sicut actus fit nobilior, si imperetur à charitate, ita etiam si imperetur à religione. Deinde quia ille qui aliquid facit & vovet, plus se Deo subjicit, quam ille qui solum facit, subjicit enim se Deo non tantum quoad actum sed etiam quantum ad potestatem; quia

de cætero sibi ademit potestatem licitè aliud faciendū; denique quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bono.

Q. 1. Sub quâ culpâ obliget votum?

R. Si vovens in materia etiam gravi se nolit obligare ex voto, nisi sub culpâ levi, etiam non obligabitur nisi sub culpâ levi, quia obligatio juris divini cadens in materiam gravem, ad quam independentè ab hominis voluntate obligat, est quidem sub peccato mortali, quia tamen in voto juris divini obligatio non tenet, nisi in quantū voluntariè suscipitur à vovente, ideò nequit ultra hujus intentionem extendi obligatio voti & juris divini, in quo fundatur vinculum & obligatio voti, & ideo specialiter venit hic notanda differentia in eo, quod licet vovens vellet in materia levi esse obstrictus sub reatu mortifero, non subiretur tamen gravis obligationis vinculum: quia voluntas voventis non valet inducere obligationem, nisi proportionatam juri divino, quod secundum rei naturam in materia levi solum venialiter obligat, nihilominus, quia voluntas hominis de se potens est inducere ex vi juris divini obligationem majorem sub peccato mortali obstringentem, poterit etiam ex vi ejusdem juris divini facere, quod minus est, inducendo scil. in materia gravi obligationem levem sub culpâ tantum levi. Excipitur votum ex intentione Ecclesiæ non aliter nisi sub gravi obligatione acceptatum, ut votum solemne sacris ordinibus annexum, & professionis religiosæ.

R. 2. Licet votum alias ex natura sua inducat obligationem gravem, attamen in materia levi obligat tantum sub veniali. *Ratio est*: quia licet in juramento falso non detur parvitas materiæ, eò quod falsitas tunc reduceretur in Deum invocatum in testem, attamen ex voto est obligatio fidelitatis seu justitiæ erga Deum, cu-  
jus

ius trans  
secam di  
formitat  
quam ex  
missioni  
autem n  
an res p  
circumf  
quod fa  
vis; v  
sacro,  
li, si  
cium t  
v. g. vo  
fessio al  
minicar  
etiam p  
nisi ven  
Q. 2  
tionatur  
R. 1.  
turpis (  
nis v. g. l  
dictæ ad  
matur,  
votum)  
terito n  
vel inval  
futura.  
R. 2  
trio vov  
test eam  
bilem;  
est relat  
conditi

ius transgressio non importat falsitatem seu aliam intrinsecam divinæ perfectioni formaliter repugnantem deformitatem, sed tantummodo denegat Deo rem aliquam extrinsecam ipsius honori conducibilem & vi promissionis debitam, in quo potest esse levitas materiæ; hæc autem materiæ gravitas vel levitas pensanda est ex eo, an res promissa attenta sua honestate pensatis omnibus circumstantiis in cultum Dei notabiliter cedat vel non, quod si notabiliter cedat in cultum Dei, est materia gravis; unde votum de sumendâ Eucharistiâ, de audiendo sacro, de confessione faciendâ &c, obligat sub mortali, si vero honoretur Deus secundum prudens iudicium tantum leviter, est materia & obligatio levis; ita v. g. votum confitendi peccata venialia, quando confessio alias esset faciendâ, recitandi ter orationem dominicam vel salutationem Angelicam ex causa lucrandi etiam plenarias indulgentias ob materiæ levitatem non nisi venialiter obligaret.

*Q. 2.* Qualem obligationem inducat votum conditionatum?

*Re. 1.* Si conditio voto adjecta sit impossibilis vel turpis (modo illa, uti fieri consuevit, adjiciatur ut finis v. g. si quis voveret eleemosynam sub conditione vindictæ adversus inimicum obtinendæ, & non purè assumatur, ut conditio, aliàs etiam illâ impletâ obligaret votum) votum est nullum. Si sit de præsentis vel præteriti non suspendit votum, sed vel statim validum vel invalidum est, idem est si conditio sit necessario futura.

*Re. 2.* Si conditio sit de futuro & pendeat in arbitrio voventis, non tenetur eandem expectare sed potest eandem impedire & assumere statim impossibilem; licet enim voverit, tota tamen obligatio voti est relata in voluntatem voventis, si voluerit implere conditionem, sub quâ & non aliter vovit, cumque

nulla illius conditionis implendæ aut expectandæ sit obligatio, statim executionem voti potest reddere impossibilem. Si verò conditio pendeat ab alterius arbitrio, tenetur illius positionem expectare, nec debet vi vel dolo eandem impedire, sicut si quis voveat ingredi Religionem, si Pater consenserit; porro hæc conditio videtur intelligenda non de positivo Patris consensu, sed de non dissensu, cum animus filii voventis non alius sit, quam impediendi patris inestitiam, nihilque agendi contra Patris voluntatem.

**Q. 3.** Qualiter obliget votum indeterminatum?

**R.** Votum indeterminatum ex parte temporis complectitur perpetuitatem, velut si quis absolutè absque restrictione temporis vovet castitatem, censetur eo ipso perpetuo castitatis voto obstrictus, similiter is, qui vovet jejunium feriis sextis nullâ factâ temporis restrictione, censendus est pro semper vovisse tale jejunium: eò quod numerus pluralis æquipolleat signo distributivo, quod si tamen quis jejunium vel eleemosynam voveret absque adjectione alicujus signi distributivi, unico jejunio vel eleemosyna esset satisfactorius.

2. Votum indeterminatum quoad rem Deo promissam obligat non quidem sub indifferentia: quia sic executioni mandari nequit, sed ad faciendam rei determinationem, atque ad ejusdem substantiam sub determinatione ejusmodi solvendam, sic qui vovet Religionem in genere, in vi hujus voti tenetur seligere determinatam aliquam Religionem, quam ingrediatur, satisfit tamen in votis indeterminatis quoad quantitatem & qualitatem, si minimum detur, nisi ex consuetudine receptâ vel ex circumstantiis aliud colligatur ut probatur ex cap. ex parte 18. de cens. lib. 3. tit. 39. in quo variis existentibus mensuris in quibus vota persoluta sint, dicitur: quod volentes solvere ad minorem non sunt cogendi  
ut ad

ur ad maj  
aliud sit re  
non satisfi  
dum paup  
tus esset ip  
consuetud  
teus, ex  
de si quis  
vel illud  
determin  
duobus  
perierit  
adhuc in  
gatio vot  
indetermi  
est, & d  
quis cent  
ex duabu  
promissar  
concedat  
debitè de  
Q. 4.  
tum?  
R. 1.  
voti, non  
dam, eti  
sicut in pa  
Dominicâ  
votâ die S  
fixam hab  
vota parte  
tenetur in  
detur sub  
sibi poste  
ne audire

ut ad majorem persolvant; *Dixi*: nisi consuetudine aliud sit receptum: qui enim vovet Ecclesiæ calicem, non satisfacit offerendo calicem stanneum, nisi admodum pauper esset, & calix argenteus improporcionatus esset ipsius facultati, cum cæteroqui Ecclesiarum consuetudo obtineat, ut calix sacet sit saltem argenteus, ex Can. ut calix 45. dist. 1. de consecrat. Deinde si quis indeterminatè sub alternatione voverit hoc vel illud, si altera pars sit reddita impossibilis tenetur determinatè implere votum in parte possibili v.g. Si ex duobus calicibus, quorum alter Deo promissus est, unus perierit, antequam facta fuerit determinatio, residuus adhuc in voti solutionem dandus est: quia manet obligatio voti eique satisfieri potest. Denique si votum sit indeterminatum quoad subjectum, cui præstandum est, & dubitat quis, cui voluerit præstare v.g. vovit quis centum imperiales dare Ecclesiæ sed dubitat, cui ex duabus Ecclesiis eos promiserit, consultius est rem promissam dividi inter hujusmodi Ecclesias, aliàs si uni concedat integram rem, exponit se periculo aliam indebitè defraudandi.

*Q. 4.* Quando executioni mandandam est votum?

*R. 1.* Si certum tempus est præfixum executioni voti, non ante urget talis obligatio, nec est anticipandum, etiamsi prævideatur impedimentum ponendum, sicut in pari prævidens impedimentum, per quod die Dominicâ nequeat audire sacrum, non obligatur propterea die Sabbathi audire Sacrum, si verò tempus præfixum habeat aliquam latitudinem, prævidens in futura parte temporis se impediendum ab executione voti, tenetur in altera parte prævenire: quia hoc exigere videtur substantia voti, sicut in die Dominica, prævidens sibi postea obventurum impedimentum, tenetur demerere audire Sacrum.



2. Si voto exequendo nullum sit præfixum tempus, debet executioni mandari, quamprimum commodè potest, non quidem sumendo tempus hoc mathematicè, sed moraliter ita ut non nimis diu sine rationabili causâ differatur. Rationabilis autem causa differendi est, quotiescunque speratur, fore ut ad majorem Dei honorem cedat executio voti postea, ac si jam statim impleretur, aut si cum majori utilitate res promissa judicetur postea fieri ac si modo fieret v.g. si moderata dilatio Religionis (quam quis vovit) suscipiendæ fiat ex hoc, quod vovens necdum satis idoneus sit ad perferendos labores, sustinendasque asperitates Religionis, & majores vires ex ejusmodi dilatione speret, vel majorem eruditionem in litteris, quam in Religione non æquè obtinere possit, vel Parentum contradicentium mitigationem. Circa quæ generaliter observandum, quod in votis, quæ totum vitæ tempus ambiunt, quale est votum Religionis, facilius dilatio sit notabilis, quam in aliis votis, quibus Deo de re promissâ nihil subtrahitur, quale est votum dandæ elemosynæ, vel peragendæ unius sanctæ peregrinationis, quia in prioribus per dilationem aliquid de Dei cultu subtrahitur, non verò in posterioribus; ad discernendum autem, quænam sit dilatio notabilis, attendendum est, an secundum prudentem æstimationem notabilis subtrahatur Deo honor, nec ne, unde videtur, si quis habens opportunitatem Religionem voto promissam ingrediendi ingressum per sex menses differat, notabiliter differre.

3. Si tempus fuerit adjectum tanquam terminus, ultra quem executio non est differenda, elapso termino obligatio adhuc manet, si verò tanquam terminus, quo obligationi satisfaciendum, (quod totum dijudicandum erit ex voluntate voventis) elapso termino cessat obligatio voti, cessat quoque, si vovens ad executionem

voti fact  
aliquam  
Q. s.  
qualiter  
Re. D  
hæres ne  
sunt real  
sonali.  
persona  
hæredit  
quasi c  
ra defu  
18. de  
tas exeq  
à defunc  
timâ jure  
de fidei  
cap. lice  
Q. ut  
get voru  
Re. I.  
preisè int  
quod vis  
suo Mon  
ligiones  
ordinariè  
ter impec  
nem esse  
esse inep  
in quo  
tur.  
2. V  
tereà no  
lo (e: var  
stias in  
ligioso

voti factus fuerit impotens, nec tunc est obligatio ad aliquam pro eo compensationem faciendam.

*Q. 5.* An hæres teneatur exequi vota testatoris & qualiter in hoc negligens puniatur?

*R.* Distinguendo: vel sunt vota merè personalia, & hæres non tenetur, nisi se voti participem fecerit, vel sunt realia & mixta, in quibus reale separabile est à personali, & reale illud Deo independenter ab eo, quod personale est, promissum est, & tunc hæres adeundo hæreditatem non quidem ex voto, sed ex iustitia & quasi contractu, obligatur præstare omnia realia onera defuncti, cuiusmodi est votum reale, constat ex cap. 18. de Censibus, & si hæc vota intrà annum monitus exequi omittat, omni commodo hæreditario, quod à defuncto consequi poterat, privatur, exceptâ legitimâ jure naturæ liberis debitâ Auth. hoc amplius Cod. de fideicom. lib. 6. tit. 42. est exemplum notabile in cap. licet 6. de vot. lib. 3. tit. 34.

*Q. ult.* Quomodo interpretandum & ad quid obliget votum Religionis, castitatis, &c.

*R. I.* Votum Religionis regulariter (nisi quis expressè intendisset tentare quemcunque Ordinem seu quodvis Monasterium) non ad quoscunque Ordines seu Monasteria remotiora subeunda, sed ad illas Religiones, quas præ manibus habet, obligat, quia sic ordinariè voventis est intentio, nec obligatur, si propter impedimentum perpetuum superveniens ad Religionem esset inhabilis, vel si in anno probationis inveniat se esse ineptum, vel non pateat aditus, nisi ad Ordinem in quo nequidem substantialia Religionis observentur.

2. Vovens Religionem quam ingredi nequit, propterea non censetur obligatus ad votum castitatis in sæculo servandæ, quia ex vi illius voti non est promissa castitas in sæculo servanda, sed mediante duntaxat statu religioso voluntariè suscipiendo.

3. Non

3. Non est idem votum non nubendi & votum castitatis : quia hoc latius patet , quam votum non nubendi & in voto perpetuæ castitatis solus Papa dispensat ; non verò in voto non nubendi solus dispensat. Deinde in vi voti non nubendi est reus sacrilegii , qui contrahit matrimonium , non autem qui extrà conjugium contrà castitatem peccat.

### QUÆSTIO III.

*De personis capacibus ad vouendum ?*

**D**ICO, *Quicumque est subiectus alicui, quantum ad id, in quo est subiectus... non potest se per votum firmiter obligare... sine consensu sui superioris* S. Th. hic Q. 88. A. 8. O.

*Probatur* : nullus per promissionem se firmiter obligare potest ad id, quod est in potestate alterius, sed solum ad id, quod est omninò in sua potestate, sed qui alteri subiecti sunt, quantum ad id, in quo subiecti sunt, non sunt suæ potestatis, sed dependent ex voluntate alterius; ergo. Hæc tamen dependentia est duplex, una est per se & simpliciter dicta, in quantum voluntas vouentis simpliciter & absolutè dependet à directione & voluntate superioris, qualis est voluntas Religiosi respectu sui Prælati, item filii impuberis respectu patris vel tutoris, altera dependentia est secundum quid & quasi per accidens videlicet ratione materiæ, in qua alterius juri vel potestati præjudicari potest, ut si servus, filiusfamilias, conjux, pubes, novitius aliquid voueat, quod sine præjudicio & damno domini, patris, mariti aut monasterii observari non possit. Unde pro diversitate hujus dependentiæ & subjectionis, diversi modè quoque vota subiectorum infirma sunt, licet valeant : cum emittantur sub illa conditione, si superior consenserit. Ità ut, quia religiosus sim-

pliciter

pliciter  
(except  
lati, ex  
aliquid f  
lato, qu  
quo Præ  
re, nihi  
loc. cit  
serius p  
orum,  
vendo,  
scilicet  
Deinde  
habeant  
in ipsis  
ri per pa  
cti. De  
non sun  
jecti, si  
uxoris v  
ter assert  
stantis m  
puberis ;  
materia,  
tas ; lic  
tum tam  
emittent  
jure nov  
tur tam i  
complet  
religion  
subiunt,  
quidem  
A. 9. dif  
duo conc

pliciter subest Prælato nihil firmiter vovere possit  
 (excepto voto strictioris ordinis) sine consensu præ-  
 lati, ex hac ratione D. Thomæ quia licet ad horam  
 aliquid faciat, quando non occupatur ad alia à præ-  
 lato, quia tamen nullum tempus est exceptum, in  
 quo Prælati non possit eum circa aliquid occupa-  
 re, nihil firmiter vovere potest, subdit tamen S. D.  
 loc. cit. ad 4. *Licet votum eorum, qui sunt al-*  
*terius potestatis subditi, non sit firmum sine consensu*  
*eorum, quibus subjiciuntur, non tamen peccant vo-*  
*vendo, quia in eorum voto intelligitur debita conditio,*  
*scilicet si suis superioribus placuerit vel non renitentur.*  
 Deinde licet pueri vel puellæ ante annos pubertatis  
 habeant usum rationis, possunt quidem, quantum  
 in ipsis est, se obligare, sed votum eorum potest irrita-  
 ri per parentes, quorum curæ adhuc manent subje-  
 cti. Denique vota uxoris, filii familias puberis  
 non sunt firma in materiis, in quibus aliis sunt sub-  
 jecti, sunt vero firma in aliis materiis, nisi fortè  
 uxoris vota ob omnimodam ab aliquibus probabili-  
 ter assertam ad maritum subjectionem pro tempore  
 stantis matrimonii infirma sint, de quo infra. *Dixi*  
*puberis*: quia ad validè & firmiter vovendum in  
 materia, in qua quis est sui juris, requiritur puber-  
 tas; licet ergo ante pubertatem quis voveret, vo-  
 tum tamen est infirmum & potest irritari, imò ad  
 emittendum votum solemne in professione religiosa  
 jure novo Trid. sess. 25. cap. 15. de regul. requiri-  
 tur tam in femina quam in mare 16tus. ætatis annus  
 completus, cæterum vovere possunt proles puberes  
 religionis ingressû, aliaque, in quibus parentibus non  
 subsunt, impuberes verò ratione utentes religionem  
 quidem vovere possunt, sed infirmiter ut S. D. hic  
 A. 9. distinguens puberes ab impuberibus deducit:  
*duo concurrunt in pueris ante annos pubertatis: quia*

Et patiuntur rationis defectum, ut in pluribus, Et sunt naturaliter sub cura parentum, vel tutorum, qui sunt eis loco parentum. Et ideo eorum vota ex duplici causa robur non habent. Contingit tamen propter naturæ dispositionem, quæ legibus humanis non subditur, in aliquibus, licet paucis, accelerari rationis usum, qui ob hoc dicuntur doli capaces. Nec tamen propter hoc in aliquo eximuntur à cura parentum, quæ subjacet legi humanæ respicienti id, quod frequentius accedit. Est ergo dicendum, quod si puer vel puella ante pubertatis annos nondum habeat usum rationis, nullo modo potest ad aliquid se voto obligare: si verò ante pubertatis annos attingit usum rationis, potest quidem, quantum in ipso est, se obligare, sed votum ejus potest irritari per parentes, quorum cura remanet adhuc subiectus. Ex quo discursu infertur, quod filius vel filia pubes & quivis alius in materia alteri non subiecta, modo sit rationis compos voto se firmiter obligare possit: quia voti substantia & firmitas tria solum requirit, videlicet: materiam quæ suo directè opposito sit melior, liberam voventis promissionem & Dei acceptationem, quæ toties est, quoties duæ priores conditiones adsunt. Quod si superior, cui vovens est subiectus etiam postquam semel votum approbavit (etiam sine justa causa dissentiendo, quia justa causa ad summum ad licitè irritandum requiritur) non consentiat, subditus non obligatur.

Q. 1. Qualiter obliget votum religiosi de materia à Prælato specialiter prohibita, ne fiat sine sua licentia?

R. Vi istius voti religiosus obligatur ad petendam licentiam à Prælato: quia religiosus vovens illam rem alias honestam (ut supponitur) sed hic non honestam, nisi fiat cum licentia, se obligavit ad substantiam illius voti implendam, proinde ad petendam

dam lice  
 iterum p  
 Q. 2  
 clerici in  
 gantur v  
 vel reme  
 R. 1.  
 sub cond  
 gionem  
 Episcop  
 vorum  
 grinatio  
 cros car  
 pro temp  
 centia Pa  
 fortè sub  
 2. Pa  
 religione  
 me licen  
 conditio  
 ti nulli  
 quamcum  
 ad Dei c  
 sunt.  
 Q. 3.  
 agibus e  
 1. Ma  
 ovete pe  
 z sanctæ  
 r vel ipse  
 ho milita  
 nlt, de v  
 2. Ve  
 tium cor  
 cretal, de

dam licentiam, quam, si fuerit primitus negata, iterum petere debet, modo subsit spes obtinendi.

Q. 2. Qualiter Episcopi, Parochi, alique clerici maxime curæ animarum adscripti obstringantur votis tali curæ præjudicialibus v. g. religionis vel remotioris alicujus peregrinationis?

R. 1. Episcopus non potest absolutè sed tantum sub conditione licentiæ à Papa obtinendæ vovere religionem: quia cum sine licentiâ Papæ non possit Episcopatum dimittere, sine ejus licentiâ quoque votum illud exequi non potest; votum vero peregrinationis pro tempore, quo ab Episcopatu per sacros canones ipsi licet abesse, absolutè validum est, pro tempore vero, quo hoc non licet, nisi cum licentiâ Papæ, votum etiam non est validum, nisi fortè sub conditione hujus licentiæ obtinendæ.

2. Parochus aliusve curatus potest validè vovere religionem, sed peregrinationem pro tempore, quo sine licentiâ à parochia abesse nequit, non nisi sub conditione licentiæ obtinendæ; reliqui vero clerici nulli beneficio residentiam postulanti adscripti quamcunque materiam statui suo convenientem & ad Dei cultum conducibilem vovere validè possunt.

Q. 3. Quænam vota etiam præjudicialia à conjugibus emissa valida sint?

1. Maritus præter uxoris assensum potest libere vovere peregrinationem Hierosolymitanam pro terræ sanctæ redemptione, si nimirum in eâ qualitate sit, ut vel ipse militare vel milites ducere aut suo consilio militantibus adesse possit cap. ex multa 9. §. penult. de voto.

2. Votum religionis emissum ante matrimonium consummatum, ut constat ex tit. 32. lib. 3. decretal. de convers. conjug. validum est.

QUÆ-

## QUÆSTIO IV.

*De Irritatione, Commutatione & Dispensatione  
Votorum.*

**N**Ota 1. Irritatio voti strictè sumpta distinguitur ab ejusdem dispensatione, quod dispensatio proveniat ex autoritate jurisdictionis, quam in dispensante supponit, per quam non pro libitu sed ex causa rationabili procedendum est, irritatio vero fit ex vi potestatis vel super ipsam personam vel super rem voto promissam dominativæ vel quasi dominativæ, & fieri potest sine causa pro libitu irritantis.

Nota 2. Sicut duplex est subjectio & dependentia, juxtà dicta quæst. præcedente, ità dupliciter quoque potest votum irritari, vel directè, vel indirectè. Directè irritatur votum, quando ex potestate, quam habet in ipsam voventis voluntatem superior vult votum non valere, & hæc est strictè dicta irritatio, indirecta irritatio, quæ est minus strictè & impropriè talis, fit ex vi potestatis dominativæ quam aliquis super rem Deo promissam habet.

**DICO** 1. *Non potest omnino salvari ratio voti, cum quis in potestate alterius constitutus vovet id, quod est in potestate alterius nisi sub conditione, si ille, ad cuius potestatem pertinet, non contradicat S. Th. hic Q. 88. A. 8. ad 1.*

*Explicatur & probatur conclusio* : cum votum sit promissio de meliori bono, non aliter hæc ligare potest, nisi velit is, cui promittens aut res promissa subjicitur, ità ut ille vel consentiendo firmam possit reddere obligationem, vel dissentiendo eandem possit irritare, unde competit superioribus potestas irritandi vota sibi subditorum juxtà sphæram, quâ circumscribitur potestas dominativa, ità ut li-

cet nulla rationabilis causa adsit, valida tamen sit  
 irritatio, tamen sit illicita, ut sine causa irritans pec-  
 cet saltem venialiter: cum impediatur bonum spiri-  
 tuale, quicumque vero superior obligatur ratione  
 superioritatis ad curandum bonum spirituale subdi-  
 ti & ad hoc minimè impediendum, dum nullum  
 sibi malum indè provenit, quod maximè verum  
 est de Prælatiis regularibus, utpote quorum pote-  
 stas tota est concessa ad spiritualem proximorum  
 utilitatem. Est autem inter subditos voventes hæc  
 facienda distinctio in casu, quo executio voti differ-  
 tur in tempus, quo non amplius erit alteri subdi-  
 tus vovens, & tunc, si vovens plene sit subjectus  
 secundum voluntatem superiori, potest hic irritare  
 votum à subdito emissum, tametsi voti obligatio  
 actualis seu debitum executionis referatur in tem-  
 pus, quo sit liber à tali subjectione; si vero non  
 ipsius voventis voluntas sed materia duntaxat voti  
 fuerit subjecta, quia tunc non præjudicat votum  
 potestati dominativæ, quæ pro tempore executio-  
 nis erit extincta, & cessabit, ideo superior obliga-  
 tionem radicalem tempore suæ gubernationis con-  
 tractam irritare non potest, & hinc si huiusmodi  
 voti materia sit perpetua respiciens tempus partim  
 subjectionis adhuc integræ, partim extinctæ, non  
 potest superior nisi secundum illud tempus, quo  
 durabit subjectio, votum irritare, sicut econtra  
 ille, qui prius erat sui juris, transiens in alienam po-  
 testatem, potest per huius potestatem dominativam  
 per irritationem indirectam non tamen directam  
 solvi ab obligatione voti. *Ratio est*: quia licet talis  
 vovens non sit simpliciter & absolutè alteri  
 subjectus, & ideo non possit quoad suam  
 personam conditionatè vovere, si alius consen-  
 serit, attamen quia materia voti illius potestati



subditur, ut proinde possit ejus impletionem prohibere, intantum potest indirectè votum irritare.

*Ex his infertur* 1. Quod superiores regulares possint suorum subditorum vota irritare etiam interna cum hac limitatione, ut talis irritatio in votis purè internis locum non habeat, nisi in quantum talia vota consonant vel dissonant expedito regimini in ordine ad finem statûs religiosi, undè videtur quod interiora vota de actibus v. g. fidei, charitatis aut religionis à Prælatis regulatibus non possint irritari, nisi per immoderationem reddant ad alias functiones statui accommodatas inhabilem. Imò licet jam ante licentia votendi à Prælato fuerit data (quæ nec hic nec in alio casu, quo subditus alterius potestati eandem petit, potest præsumi ex eo, quod superior requisitus taceat) licet fuerit data sub promissione non revocandi, nihilominus poterit Prælatus votum sui religiosi irritare, licet peccet, si illam licentiam sine causa rationabili revocet, & ut votum irritet, cujus emittendi licentiam dedit simul promittens eandem licentiam non revocare, requiritur gravior causa, quia per talem licentiam quodammodo se fecit voti participem.

*Infertur*. 2. Quod pater possit irritare vota personalia filiorum impuberum etiam post annos pubertatis, nisi post illud tempus sint ratificata, quod probabiliter extenditur ad curatorem, eum videlicet posse etiam vota personalia ante annos pubertatis emissa irritare: quia licet curator primario debeat ad administrationem bonorum, secundario tamen etiam ordinatur ad gubernationem personæ, consequenter in hoc succedit patri.

*Nec obstat*: quod Prælatus religionis non possit vota sub suo regimine emissa irritare, quando vo-

vens postmodum plenè est constitutus extra illius subjectionem.

Nam disparitas est quoad hoc inter religiosum & filium familias, quia cessat potestas dominativa Prælati, quando vovens pro tempore emissi voti ipsi subjectus, postea liberatur ex integro ab ipsius subjectione, v.g. si evehatur ad episcopatum vel ordinem strictiorem ingrediarur, Patris verò potestas gubernativa non cessat cum impubertate.

*Dixi impuberem*: quia quoad filios puberes potest pater unicè irritare illa vota, quæ administrationi gubernativæ domesticæ inferunt aliquod præjudicium: quia completa pubertate præsumitur filius vel filia sufficientem ad vovendum discretionem obtinuisse, quare tunc potestas irritandi fundatur solummodo in subjectione rei, quæ per votum promissa est, undè pater non potest irritare vota filii puberis realia quoad bona castrensia & quasi castrensia, multo minus votum castitatis seu religionis aut frequentioris confessionis atque communionis, jejunii moderati, divinorumque præceptorum servandorum: cum hæc omnia gubernationi domesticæ minimè obsint, secus est de voto diviturnæ peregrinationis, nimis frequentium precum per quas impeditur occupatio à patre præscripta.

*Infertur 3.* Quod maritus possit irritare vota uxoris (& econtra uxor vota mariti) juri suo conjugali vel bonis suis præjudicantia extra casus priori quaestione exceptos, imò licet maritus consensum dederit, tamen postea sententiam suam mutare & ejusmodi votum irritare potest. Et de hoc nullum est dubium inter authores, disputatur autem: an maritus omnia vota uxoris pro tempore stantis matrimonii emissæ irritare possit? fundatur sententia affirmans in hac ratione: *vir caput est mulieris sicut Christus caput*

*est Ecclesia*, atqui universaliter Ecclesia subicitur Christo, cui generaliter & indefinite subjectio uxoris ad virum comparatur; deinde videtur esse perquam necessarium ad conservandam pacem mutuamque amorem inter conjuges, ut mulier plenè in omnibus actionibus sit viro subjecta non habens suæ voluntatis usum, nisi secundum viri beneplacitum; hoc certum est, quod possit maritus irritare votum castitatis ab uxore emissum absque viri consensu, in quantum juri suo videlicet petendi debitum conjugale præjudicat, econtrà votum ingrediendi religionem, matrimonio nondum consummato, emissum irritare non potest, & hoc voto obligatur uxor in omnibus casibus, in quibus altero conjugate invito potest religionem ingredi: cum voti hujus executione conjuges separentur à mutua cohabitatione & obligatione reddendi debitum, quod minimè licet facere conjugati, nisi pro statu, quo est independens ab alterius conjugis subjectione.

*Infertur 4.* Quod servorum strictè sumptorum vota à dominis irritari possint, in quantum obstant obsequio & servitio sibi debito veluti est votum religionis, nisi ejus executio remittatur in tempus solvendæ servitutis, etsi vero vota ante servitutem emissam non possit dominus irritare, potest tamen eorum executionem suspendere præcipiendo opus suo dominio subjectum cum voti observatione impossibile. Deinde famulorum conductitorum, qui ex contractu tenentur operas suas præstare alicui domino, vota vel irritare vel suspendere possunt domini, quatenus stare non possunt cum obligatione in se suscepta, eo quod justitiæ obligatio prævalere debeat voluntariæ obligationi.

DICO 2. Si absolute determinetur aliquod votum non esse servandum, dicitur esse dispensatio voti, si

*autem*

D  
autem pro  
imponatur  
votum com  
que tamen  
38. A. 10.  
Explicat  
nativè voi  
ni aliam o  
mutare,  
vinculum  
gationem  
tionem in  
potestas si  
de quibus  
regni celor  
erit & lig  
terram eru  
satione cor  
regni celo  
gandi & so  
tur auctori  
fidei dogm  
vino, quo  
tà interpre  
oriatur ex  
auctoritas  
declaration  
de se alias  
quam caus  
etiam mala  
terea cesser  
se non ext  
potestatem  
di, ubi not  
testatem,

autem pro hoc, quod servandum erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti, unde minus est votum commutare, quam in voto dispensare, utrumque tamen in potestate Ecclesie consistit S Th. hic Q. 88. A. 10. in O.

Explicatur & probatur conclusio: relaxare autoritative voti vinculum est dispensare, illius obligationi aliam obligationem subrogare, est votum commutare, atqui Ecclesia potest vel simpliciter voti vinculum relaxare, vel illius obligationi aliam obligationem subrogare, & non tantum illius obligationem interpretari, quia data est Ecclesie duplex potestas significata per promissas Matth. 16. claves, de quibus Christus dixit Petro: *tibi dabo claves regni caelorum & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis, & quodcumque solveris super terram erit solutum & in caelis*, ex cujus textus expositione constat, quod ibi promissa potestas sit duplex regni caelorum clavis scientiae scilicet & potestatis ligandi & solvendi; sub priori clave comprehenditur autoritas Papae non tantum in definiendis sacrae fidei dogmatibus, sed etiam in explicando jure divino, quousque se extendat ejusdem obligatio, ac ita interpretandi autoritative, qualis obligatio oriatur ex voto, ad hanc scientiae clavem pertinet autoritas dispensandi in votis, quae est per modum declarationis, quando videlicet materia voti, quae de se alias bona est, propter supervenientem aliquam causam fiat inutilis ad divinum cultum vel etiam mala sive majoris boni impeditiva, ut propterea cesset voti obligatio, & ad talem rei statum se non extendat, altera vero clavis comprehendit potestatem autoritative voti obligationem relaxandi, ubi notanda differentia inter duplicem hanc potestatem, quod prior nitatur causae merito, sitque

quodammodo iustitiæ, posterior vero etiam nitatur causæ merito, quæ tamen de se non sit sufficiens ad tollendam voti obligationem, sed relinquat locum gratiæ, per quam fiat voti solutio.

*Dices* 1 obligatio voti est obligatio juris divini, sed in obligatione juris divini nequit potestas humana dispensare; ergo.

*R.* Jus divinum aliquando obligat per se sine omni præsuppositâ humanâ voluntate ut in præceptis decalogi & similibus, & in his non licet dispensare, aliquando verò obligat præsuppositâ obligatione humanæ voluntatis, & quamdiu ista durat, ut in votis & juramentis, & hac obligatione sublata cessat etiam obligatio juris divini.

*Q. 1.* Quænam sint causæ dispensandi in votis?

*R.* Generaliter causæ dispensandi reducuntur ad hoc, quod dispensatio cedat ad honorem Christi & utilitatem Ecclesiæ, specialiter autem causæ dispensandi sunt sequentes.

1ma est imperfectio discretionis, quæ fuit in voto emittendo cap. venientis 2. de voto. velut in tenera adhuc ætate vel ex metu, tristitiâ aliave passione, seu aliquo circa causam impulsivam ad vovendum errore, in ejusmodi casibus facilè subest violandi voti periculum, cui Christus Dominus non difficulter censendus est condescendere. Nec obest cap. venientis 2. cit. in quo pro voto peregrinationis Hierosolymitanæ sub puerili ætate per quandam potiùs facilitatem, quam ex maturo Judicio facto injunguntur graves elemosynæ, hoc enim factum est vel quia, ut Glossa V. facilitate: ait, vovens postea factus major id ratum habuit, vel quia Papa non tam ex necessitate quam convenientia antiquo stylo consentaneâ talem commutationem fecerat.

2da est notabilis in exequendo voto difficultas.

3tia est

3<sup>ia</sup> est periculum damni spiritualis vel temporalis, ex executione voti, veluti accidere potest in voto conjugatorum de non petendo debito.

4<sup>ra</sup> est bonum publicum, ob quod votum castitatis seu religionis est dispensabile, quando ex alicujus matrimonio spes est pacis publicæ, idem est de voto jejunii, quod observari non possit cum continuatione publicæ concionis vel etiam lectionis, de voto cedente in propriæ familiæ detrimentum, hinc quoque votum castitatis vel religionis est dispensabile cum admixtione alicujus commutationis propter illustris alicujus familiæ conservationem, siquidem familiarum illustrium propagatio in specialem reipublicæ & Ecclesiæ honorem & protectionem cedere nata sit; pro majori tamen securitate, quoties aliqua ex his causis adest, plerumque adjungenda est aliqualis commutatio præcipuè in votis gravioris momenti, veluti sunt vota castitatis, religionis, peregrinationis romanæ &c. Cum major voti excellentia pro sui relaxatione semper exigat graviores causas plerumque ex prudenti aliqua commutatione supplendam; præterea dispensatio sine causa rationabili non modo illicita sed & invalida est ex communi DD. sententia: cum dispensans ut fidelis minister Christi non pro suo arbitrio, sed ex ratione Dei honorem & Ecclesiæ utilitatem respiciente, Christi merita, quæ in dispensatione applicantur, dispensare debeat.

Q. 2. Quibus competat potestas ordinaria dispensandi in votis?

R. Ordinaria potestas dispensandi originativè & secundum plenitudinem est in summo Pontifice utpote supremo ac universali Ecclesiæ pastore, ab hoc derivatur in alios Ecclesiæ prælatos verâ vel quasi Episcopali jurisdictione gaudentes, veluti post summum Ponti-

ficem sunt Archi-Episcopi, legati à latere in suâ provinciâ & Pœnitentiarius summi Pontificis, Episcopi in suâ Diœcesi, capitulum sede Episcopali vacante, prælati exempti quoad sibi subjectos, hi omnes possunt dispensare ex causis superius expressis in omnibus votis specialiter Papæ non reservatis; sunt autem reservata: Primo votum perpetuæ castitatis. Secundo votum religionis ab Ecclesiâ approbatæ. Tertio vota peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ ad limina Apostolorum, Compostellanæ ad sepulchrum S. Jacobi. Possunt nihilominus in illis votis dispensare alii prælati summo Pontifice inferiores imprimis si votum castitatis sit tantum ad tempus factum, vel si aliquod ex illis votis sit factum sub conditione ante conditionis eventum, vel si in voto reservato sit promissa aliqua circumstantia extrinseca v. g. vovit quis nudis pedibus facere peregrinationem ad loca sancta, in istâ circumstantia ab ordinariis potest dispensari. Deinde si casus necessitatis ob imminens scandalum, animarum periculum dispensationem exigat & non sit facilis recursus ad summum Pontificem ex præsumptâ per Epikeiam mente summi Pontificis ordinarius dispensare potest. Denique si votum sit disjunctivum, cujus una pars est reservata, altera non sit reservata, antequam pars reservata per novam promissionem determinata sit, totum votum non est reservatum sed ab ordinario dispensabile.

*Q. 3. Qualiter dispensare possit is, cui facultas dispensandi in votis delegatur?*

*R. 1. Habens à Papâ generalem potestatem dispensandi non potest dispensare in votis reservatis ex R. 81. in 6. In generali concessione non veniunt ea, qua quis non esset verisimiliter in specie concessurus.*

*2. Si facultas dispensandi in omnibus votis reservatis generaliter sit data, nullum est exceptum, si vero facultas*

Di  
facultas di  
excipiatur  
in concessi  
servata per  
stitatis; i  
vota etiam  
quod sit de  
ligionis vo  
peregrina  
facultas d  
di ad vo  
3. Fa  
dit vota  
in favorem  
non reman  
superinduc  
ceptæ.  
4. Fac  
in quibus  
ribus non  
Sacrament  
cum conse  
quoad peri  
Q. 4  
R. 1. C  
eidem vere  
mutandi v  
si partialis  
obligation  
sandi, ne  
ter dispens  
2. Pot  
risdiction  
re vel corr  
nationis r

facultas dispensandi in votis ita generaliter sit data, ut excipiat expresse votum castitatis & religionis, tunc in concessione etiam comprehenduntur vota triplicis reservatae peregrinationis ut minora votis religionis & castitatis; si concessionis forma complectatur omnia vota etiam expresso voto castitatis, non intelligitur, quod sit data facultas dispensandi in æquali nempe religionis voto, bene tamen minoribus nempe sacrarum peregrinationum reservatis votis, sicuti econtra etiam facultas dispensandi in religionis voto non debet extendi ad votum reservatum castitatis.

3. Facultas generaliter concessa etiam comprehendit vota ante concessionem emissa, non tamen vota in favorem tertii facta, si ab hoc fuerint acceptata, cum non remaneant tunc solummodo vota Deo facta, sed superinducant obligationem humanæ promissionis acceptatae.

4. Facultas delegata dispensandi in omnibus votis, in quibus Episcopi possunt dispensare, competit regularibus non tantum intra sed juxta Castropal. etiam extra Sacramentum pœnitentiæ, possunt etiam regulares cum conjugibus voto castitatis obstrictis dispensare quoad petitionem debiti.

Q. 4 Qualiter fieri possit votorum commutatio?

R. 1. Cui conceditur potestas dispensandi in votis, eidem verosimilius censetur esse concessa potestas commutandi vota. *Ratio est*, quia commutatio est quasi partialis dispensatio voti, cum tollat prioris voti obligationem, concessâ vero potestate totaliter dispensandi, non videtur, quare non sit concessa partialiter dispensandi potestas.

2. Potest quilibet superior Ecclesiasticus habens jurisdictionem quasi Episcopalem causa cognita redimere vel commutare vota à subditis facta cap. de peregrinationis 1, De voto, commutans autem attendere de-



bet, ut quantum fieri potest reale in reale, personale in personale & mixtum in mixtum commutet, & præterea quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum utilitatem cap. magnæ 7. de voto. & similis rationabilis causa requiritur non tantum ad licitam sed etiam ad validam commutationem in æquale vel minus bonum.

3. Vovens privatâ authoritate potest omnia vota etiam Papæ reservata commutare in votum religiosæ professionis: quia juxta cap. scripturæ 4. de voto. *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare*, alia vero non reservata possunt commutari in melius, non autem in æquale vel minus bonum: quia de ratione voti est, quod non sit impeditivum majoris boni.

4. Factâ validâ commutatione cessat prior obligatio voti, adeò, ut si materia, in quam est facta voti commutatio reddatur impossibilis vel inutilis, non propterea reviviscat prioris voti obligatio; remanet tamen in arbitrio voventis, ut possit omisso opere per commutationem subrogato, redire ad prioris voti suspensionem.

Quoniam S. Th. hic Q. 86. de primitiis & oblationibus & Q. 87. de decimis tanquam externis religionis actibus tractat, licet aliàs solutio decimarum & primitiarum respectu ministrorum Ecclesiæ jus super illis obtinentium sit actus strictæ justitiæ, quia tamen sub illis fit recognitio supremæ Dei excellentiæ, & divini Domini, cui omnia bona nostra subjecta sunt, in tantum ad religionem decimarum, primitiarum & oblationum præstatio pertinet; hinc per modum appendicis ad præsentem disputationem sit



Suppon  
ejus ministr  
supremi De  
lic portio  
2. Pro ipse  
que: jus  
(saltem qu  
pars omni  
tionem S  
datur.  
ex quo de  
decimales  
Variè d  
reales, q  
borum, j  
edium; S  
ex lucre  
renatione.  
in usu, sec  
chiani jura  
in aliquibu  
aliquid ho  
consistente  
ex industri  
fructus ani  
cooperatur  
Secundo in  
clesias ex ti  
fideri nequ  
propter of  
bus sancite  
dro III. ci  
cis prædiis

## §. I.

## De Decimis.

*Suppono*: Decimæ sumuntur 1. pro re Ecclesiæ vel ejus ministris præstanda vel præstitâ in contestationem supremi Domini, quod Deus in omnes res habet sive sit portio decima sive octava sive undecima fructuum. 2. Pro ipso iure decimationis, & sic sumptæ definiuntur: jus spirituale Ecclesiæ autoritate constitutum (saltem quoad modum determinationis) quo decima pars omnium fructuum ministris Ecclesiæ in sustentationem & ob ministracionem spiritualium à fidelibus datur. 3. Sumuntur pro ipso districtu vel territorio, ex quo decimæ debentur, quamvis tales terræ melius decimales quam decimæ appellentur.

Variè dividuntur decimæ primo in *prædiales vel reales*, quæ percipiuntur ex fructibus agrorum, arborum, piscinarum, molendinorum, locationum ædium; & *Personales*, quæ solvuntur ratione personæ ex lucro personali nempe ex negotiatione, mercaturâ, venatione, piscatione, quæ de facto non sunt amplius in usu, sed loco decimarum personalium dant Parochiani jura stolæ in administratione Sacramentorum & in aliquibus locis certo anni tempore v. g. circâ pascha aliquod honorarium Parochis offerunt. Et *Mixtas* consistentes in portione decimâ fructuum, qui partim ex industriâ partim ex prædiis proveniunt, tales sunt fructus animalium, in quibus hominum industria cooperatur ut lac, caseus, butyrum, lana & similia. Secundo in *Ecclesiasticas*, quæ ad solos Clericos & Ecclesias ex titulo spirituali pertinent, & ideo à laicis possideri nequeunt, & *seculares* quæ ab Ecclesiâ laicis propter officia Ecclesiæ præstita concessæ sunt, de quibus sancitum in Concilio Lateranensi III. sub Alexandro III. circa annum 1179. ne imposterum liceret laicis prædiis decimas imponere, quamvis decimæ, quæ

ante

ante concilium fuerunt à laicis acquisitæ, iis remanserint & feudis annexæ feudorum naturam sunt consecutæ, & ideo velut res profanæ sunt æstimandæ, ita ut de iis laici liberè disponere possint. Tertio in *majores*, quæ penduntur ex frumento, vino, oleo, & *minores*, quæ ex oleribus hortorum, lino, partu animalium penduntur. Quarto in decimas *novalium*, quæ solvantur ex agris de novo cultis, qui ab hominum memoriâ culti non sunt & *agrorum cultorum* sive ex agris coli solitis. Quinto in *ordinarias*, quæ annuatim cursu ordinario præstantur, & *extraordinarias*, quæ pro tempore necessitatis indicuntur, sic Papa in aliquâ gravi necessitate Ecclesiæ contra hæreticos vel infideles potest regibus pugnantibus dare decimas omnium beneficiorum vel potius fructuum beneficiorum etiam ubi vis existentiam in suo territorio.

Q. I. Quo jure solvendæ sunt decimæ?

R. Quoad substantiam decimæ solvendæ sunt ex jure divino naturali ( dicitur substantia decimarum secundum quod aliquid datur, indeterminatè quid & quantum illud sit, in recognitionem Dei & sustentationem ministrorum ) decimæ enim debentur Deo in recognitionem supremi Domini cap. tua nobis 26. cap. cum non sit 33. de decimis, lib. 3. tit. 30. in quorum priore Innoc. III. de decimis inquit: *Quas Deus in signum universalis Domini sibi reddi præcepit, suas esse decimas & primitias asseverans* in posteriore idem Pontifex: *cum in signum universalis Domini, quasi quodam titulo speciali sibi Dominus decimas reservaverit*: debentur quoque secundum substantiam ex jure naturali & divino ministris Ecclesiæ sustentandis cap. cum secundum 10. de præb lib. 3. tit. 5. cum enim ex jure divino naturali debeant esse certi ministri, qui instituta à Christo Sacramenta ministrent, consequens erat, quod Ecclesia deberet

facere

facere con  
lia media p  
fess. 25. d  
no debita  
quod in ra  
fructibus  
alium nur  
aut consue  
gio, aut  
dilecti 8  
positæ co  
Ex q  
possitabi  
larus, h  
fex, ut  
serviunt,  
plenitudi  
tæ Eccles  
rationabili  
rum parti  
subordina  
est: quia  
que jus co  
Nec ob  
4. 5. & 7.  
tis potest  
sunt etiam  
uniendi be  
tiâ, quia p  
juris con  
sed præci  
convenie  
Infer  
cimæ po  
marum:

facere competentem pro alendis ministris per corpora  
lia media provisionem ideo merito dicit concilium Trid.  
sess. 25 de reformat. cap. 12. *Cum decimarum solu-  
tio debita sit Deo*, attamen quod formam: videlicet  
quod in tali quantitate, de talibus agris, ex talibus  
fructibus, tali modo v. g. numerando ex uno agro in  
alium nunc solvantur, est ex mero jure Ecclesiastico  
aut consuetudinario, quod contrario statuto, privile-  
gio, aut aliâ consuetudine tolli vel minui potest cap.  
dilecti 8 de decimis. & hoc modo optimè sententiæ op-  
positæ conciliari canonesque explicari possunt.

*Ex quibus inferitur 1.* quod solus summus Pontifex  
possit abrogare legem de decimis, non vero alius præ-  
latus. *Ratio 1<sup>mi</sup> est:* quia, modo provideat Ponti-  
fex, ut singuli ministri Ecclesiæ, quatenus huic in-  
serviunt, habeant competentem sustentationem, de  
plenitudine potestatis potest applicare decimas pro San-  
ctæ Ecclesiæ cultu vel eas cum rationabili causâ licitè, sine  
rationabili causâ validè, remittere; cum jus decima-  
rum particulari cuiuspiam Ecclesiæ acquisitum semper sit  
subordinatum supremæ Papæ authoritati. *Ratio 2<sup>di</sup>*  
*est:* quia alii prælati nequeunt derogare juri tertii, ne-  
que jus commune Ecclesiasticum simpliciter tollere.

*Nec obest:* Concil. Trid. sess. 21. de refor. cap. 3.  
4. 5. & 7. Episcopis tanquam sedis Apostolicæ delega-  
tis potestatem faciens beneficiorum fructus, inter quos  
sunt etiam decimæ, uni vel alteri loco applicandi,  
uniendi beneficia vel etiam dividendi pro rerum exigen-  
tiâ, quia per hoc nequaquam fit relaxatio seu dispensatio  
juris communis decimarum solutionem præcipientis  
sed præcisè conceditur illis iusta Ecclesiæ necessitatibus  
conveniens administratio.

*Inferitur 2.* Quod licet consuetudine contrariâ de-  
cimæ possint abrogari quoad formalem rationem deci-  
marum; cum quoad determinationem sint juris merè  
Eccle-

VI.  
his reman-  
ent contem-  
nda, ita ut  
o in majore  
& minore  
malum pen-  
æ solvantur  
memoriâ cul-  
gis colli soli-  
m curia ordi-  
que pro tem-  
aliquâ gravi  
infideles po-  
nium bene-  
tiam ubi vis  
?  
ndæ sunt ex  
decimarum  
minatè quid  
ei & susten-  
bentur Deo  
a nobis 26,  
30. in quo  
Quas Deo  
recepti, sui  
steriore idem  
domini, quæ  
nas reservat  
tantiam ex ju-  
re sustentandis  
lib. 3. tit. 5.  
debeat esse  
to Sacramenta  
ecclesia deberet  
facere

Ecclesiastici, modo maneat ministris Ecclesiæ compe-  
tens sustentatio, attamen contra ipsarum præscriptio-  
nem semper jus resistit, proinde ab earum debito quis-  
piam eximi nequit, nisi per 40. annos cum titulo vel  
per tempus immemoriale sine titulo, cum aliàs sem-  
per præsumatur mala fides ex parte præscribentis.

Q. 2. Quibus solvendæ sint decimæ?

R. 1. Si spectetur jus commune, in primordio  
Ecclesiæ, dum universa erant communia, debeban-  
tur decimæ cœtui Clericorum, inter quos ab Episco-  
po erat facienda earundem divisio secundum mensu-  
ram laboris & necessitatis. Factâ jam divisione Pa-  
rochiarum accertis curatis presbyteris super eas con-  
stitutis, variisque muneribus aliis Ecclesiasticis sancitis  
pro exigentia ejusmodi Ecclesiæ ministrorum solvendæ  
sunt decimæ Ecclesiis Parochialibus, adeò, ut hodie  
Parochus fundatam in jure intentionem habeat etiam  
contrà Episcopum, cui proinde concurrenti cum Pa-  
rocho onus probandi incumbit, quod jus decimarum  
vel ex privilegio vel aliunde habeat. cap. cum contingat  
29. cap. cum in tua 30. de decimis. In quibus dicitur,  
quod jure communi perceptio decimarum pertineat ad  
Parochiales Ecclesias. Si Parochianus agros in diversis  
Parochiis habeat, decimæ personales, si in usu sint,  
solvendæ sunt illi Parocho, in cujus Parochia habitat,  
vel Sacramenta suscipit, Prædiales verò illi, in cujus  
Parochiâ agri sunt siti, mixtæ verò vel animalium,  
quæ potius prædialium quam personalium decimarum  
naturam habent, illi, in cujus Parochiâ animalia pas-  
cuntur vel commorantur.

2. Una Ecclesia contrà aliam, ut collegiata exclusivè  
contrà Parochialem jus decimandi habere potest septem  
titulis. Primo privilegio speciali S. Pontificis. Secun-  
do donatione, si nempe laicus habens decimas titulo  
feudi ante Concilium Lateranense licito illas cum con-  
sensu

sentia Episc  
legio alicu  
bile est Ec  
quam laico  
per arbitro  
dirimentes  
adjudicant  
positione  
tam inter  
alio jure d  
quo titulu  
sive sæcu  
sunt incor  
nistrantur  
legii tanqu  
mo præscr  
viginti ant  
decimæ lai  
ntem præ  
Parochiale  
cum titulu  
Q. 3. C  
re. Om  
specialem ex  
mas per solv  
de decim. i  
Etiam J  
nis possessor  
titulo, ten  
decim. cap.  
est: quia à  
prædia intr  
onus solver  
sit ad quem  
titena Paroc

sensu Episcopi donaret non Ecclesiæ Parochiali, sed collegio alicui v.g. religioso conventui, quia magis favorabile est Ecclesiæ, quod decimæ sint in manibus talium, quam laicorum. Tertio laudo vel compromisso, quo per arbitros controversiam super decimas inter Ecclesias dirimentes uni ex Ecclesiis controvertentibus decimæ adjudicantur. Quarto transactione & amicabili compositione super jure decimas percipiendi, modo nullum interveniat pretium. Quinto permutatione cum alio jure decimandi. Sexto unione vel incorporatione, quo titulo pleræque Ecclesiæ Collegiatæ sive Regulares sive sæculares habent decimas: quia videlicet iisdem sunt incorporatæ Ecclesiæ Parochiales, quæ administrantur per Vicarium & Collegium vel Prælatum Collegii tanquam Pastor habitualis percipit decimas. Septimo præscriptione decem annorum inter præsentem & viginti annorum inter absentes scilicet privatos, cum decimæ laicorum numerentur inter bona laicalia, ut autem præscribantur ab una Ecclesia contra Ecclesiam Parochialem requiritur tempus quadraginta annorum cum titulo, & tempus immemorabile sine titulo.

Q. 3. Quinam obligentur ad solvendas decimas?

R. Omnes cujuscunque Ordinis & dignitatis, nisi specialem exemptionem allegare possint, tenentur decimas persolvere cap. ex transmissâ 23. cap. à nobis 24. de decim. in specie tenentur 1. Omnes Parochiani. 2. Etiam Judæi & Pagani de prædiis, quæ à Christianis possessoribus ad illos devenerunt emptione vel alio titulo, tenentur decimas solvere cap. de terris 16. de decim. cap. quanto 18. de usur. lib. 5. tit. 19. Ratio est: quia à tempore, quo Parochiæ sunt distinctæ, prædia intra fines Parochiæ existentia annexum habent onus solvendi decimas, quod onus, quia reale, transit ad quemcunque possessorem. 3. Clerici, qui in aliena Parochia bona titulo patrimoniali possident, absque

que dubio ad decimas obligantur Can. si quis 42. causa XVI. Q. 1. quin & de bonis beneficialibus in aliena Parochia situatis aut bonis dotalibus alicujus Ecclesiæ in Parochia existentibus sunt solvendæ decimæ: quia ut dicitur in Can. quicumque 44. causa XVI. Q. 1. *Providendum est Episcopo, ut aliæ Ecclesiæ antiquiores propter novas suam iustitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvatur.*

*Dices, Cap. novum 2. de decim. dicitur: novum genus exactionis est, ut Clerici à Clericis decimas exigant.*

2. Hoc intelligendum esse, quod Clerici ex suis decimis decimas dare non obligentur.

4. Religiosi sive exempti sive non exempti tenentur dare decimas de prædiis, quæ conducunt cap. dilecti 8. de decim. de prædiis noviter acquisitis, si illa ante fuerint obligata ad decimas cap. ex multiplici 3. cap. 4. & 34. de decim. cap. 2. eod. tit. in 6. § cæterum 5. lib. 3. tit. 13. quamvis sint immunes jure communi à decimis ex hortis, nutrimentis animalium & Novalibus, quæ propriis manibus vel sumptibus faciunt cap. ex parte 10. cap. nuper 34. de decim. *Dixi superius: nisi specialem exemptionem allegare possint, quæ acquiritur 1. per Privilegium, quod solus summus Pontifex dare potest, quod recipit strictam interpretationem tanquam præjudiciale alteri, & amittitur per non usum vel usum contrarium. 2. Per consuetudinem, quæ si sit circa modum, circa quantitatem, circa certos fructus, circa modum numerandi &c. sufficit, quod sit decem annis continuata. 3. Per præscriptionem cum titulo quadragenariam, sine titulo immemoriam, per quam etiam laicus exemptionem à decimis præscribere potest. 4. Per cessionem, quæ, si sit perpetua, requirit consensum superioris Ecclesiastici.*

Q.

2. 2. T

Q. 4. An & quomodo laici possint habere decimas?

R. Decimæ formaliter ut annexæ titulo spirituali à laicis teneri non possunt, quia intantum jus decimarum est jus spirituale fundatum in ministerio spirituali, sed juris spiritualis laici non sunt capaces, ergo; dixi: ut annexæ titulo spirituali: possunt enim habere & de facto habent laici decimas à titulo spirituali separatas, quod inde ortum est, quod solent ante Concilium Lateranense III. sub Alexandro I I. celebratum Episcopi alique Ecclesiarum Prælati ad remuneranda Principum obsequia Ecclesiæ præstita, & pro potenti protectione suarum Ecclesiarum contra quoslibet dare laicis decimas Ecclesiasticas in feudum, & hoc modo præcipua portio reddituum Ecclesiæ paulatim ex manibus Patronorum devoluta est per successionem in manus adversariorum & luporum, unde in præfato Concilio statutum est, ut nullus Episcopus vel Prælati inferior possit impostero transferre jus decimandi sub quocunque titulo in manus laicas cap. quamvis 17. de decim. & cap. prohibemus 19. de decim. cap. 2. §. sanè 3. eod. tit. in 6. lib. 3. tit. 13. Cap. cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælato. Lib. 3. tit. 10. præcipitur, ut laici decimas detentas Ecclesiis parochialibus aut aliis accedente consensu Episcopi restituant, porro si laici de facto possideant decimas, præsumuntur illas habuisse in feudum ante Concilium Lateranense, dummodo possessionem, quæ memoriam hominum excedat, probare possint. Has verò decimas, quas laici ante Concilium Lateranense in feudum habuerunt ab Ecclesiis, non possunt post dictum Concilium Lateranense in alios laicos etiam consentientibus Prælati Ecclesiæ transferre juxta expressum textum in Cap. prohibemus 19. de decim. An autem Ecclesia decimas ante Concilium in feudum datas, si feudum Ecclesiæ aperiatur per ex-

2. 2. Theol. Schol. Pars posterior. Cc tin-



inctionem familiæ, iterum alteri laico in feudum dare possit, magna est controversia, Legistæ tenent affirmativam ex cap. 2. de feud. lib. 3. tit. 20. Addunt consuetudinem esse in Germaniâ, quod decimæ laicales, hoc est: illæ quæ ante Concilium Lateranense à Laicis sunt acquisitæ, alienari possint pro libitu, sicuti cætera bona sæcularia.

**Q. 5.** De quibus rebus & fructibus debent dari decimæ?

**R.** Cum decimæ personales, ut supra dictum, in his partibus non sint in usu, decimæ prædiales solvendæ sunt de omnibus fructibus terræ & fructificationibus animalium cap. nuntius 6. cap. ex parte Canonico- rum 21. de decim. attamen in hoc attendenda maxime est consuetudo locorum.

**Q. 6.** Quomodo solvendæ sunt decimæ?

**R.** Integrè absque deductione expensarum, contributionum, censuum aliorumque debitorum. Deinde fideliter ut absque dolo vel fraude decima pars detur non quidem optima sed nec pessima sed media, quæ neque minor neque deterior sit aliis novem partibus, præterea debito tempore nempe prædiales postquam fructus à solo sunt separati & collecti, decimæ personales, ubi in usu sunt, solvuntur in fine anni vel alio tempore juxtâ diversitatem locorum. Decimæ mixtæ ut fœtus animalium &c. solvuntur ex fructibus pecorum quamprimum sunt percepti, ut agnelli quamprimum non indigent lacte matris. Denique debito loco nempe eo, quo res fructifera est sita, nisi aliud habeat consuetudo.

**Q. 7.** Quale jus habent ministri Ecclesiæ ad decimas?

**R.** Distinguendo: quamdiu fructus agrorum decimalium nondum sunt decimati & separati à solo, quamvis Ecclesia vel beneficiatus habeat Jus aliquod reale

reale, qu  
cujus ul  
damnic  
solum De  
vel decim  
cimator  
quia deci  
bus, sur  
sequunt  
fructus  
rum do  
stiam  
sit facta,  
in confes  
procedatu  
dicis Eccl  
decim. Et  
cipiendi de  
sudeat, si  
obligari ne  
quam Parc  
ione decim  
Q. 8.  
R. In p  
mus Judex  
ad Judicem  
clericalium  
item ubi es  
mas perce  
de quo non  
altingatur  
dicem laic  
Q. 9.  
decimas?  
R. 1. T

reale, quale etiam habet usufructuarius in fructus agri, cuius usufructum habet, ideoque qui destruit vel damnificat in fructibus ab agro nondum separatis, non solum Domino vel conductori agri sed etiam Ecclesie vel decimatori obligatur ad restitutionem, attamen decimator non habet plenum & perfectum dominium: quia decimæ, priusquam sunt separatæ ab aliis fructibus, sunt adhuc in bonis Domini fundi, quia fructus sequuntur dominium rei frugiferæ, postquam verò fructus decimales à reliquis fructibus sunt separati, eorum dominium spectat ad Ecclesiam vel beneficiatum, etiam si actualis traditio vel realis apprehensio nondum sit facta, ita ut contra debitorem decimarum ubi res est in confesso, id est: si non neget se debere decimas, procedatur incipiendo ab executione sine Præcepto Iudicis Ecclesiastici Cap. pervenit. 5. Cap. ex parte 21. de decim. Et si Parochus generaliter est in possessione percipiendi decimas, nec alius notoriè immunitatem possideat, si intrà fines suæ Parochiæ vi auferret decimas, obligari non posset, ut restitueret spoliatum, antequam Parochianus probasset se esse immunem à solutione decimarum.

Q. 8. Quisnam sit Iudex in causa decimarum?

R. In petitorio Iudex Ecclesiasticus solus est legitimus Iudex, in possessorio verò melius dicitur pertinere ad Iudicem laicum, si contra laicum, ad Iudicem Ecclesiasticum, si contra Clericum actio instituat. Item ubi est quæstio meri facti, videlicet an talis decimas perceperit aut solverit, aut ad effectum, ut is, de quo non dubitatur, an jure debeat decimas solvere, astringatur ad solvendum, potest fieri recursus ad Iudicem laicum.

Q. 9. Quæ pœnæ detinentium vel non solventium decimas?

R. 1. Tales peccant non tantum contra justitiam sed

etiam contra Religionem, proindè committunt quasi Sacrilegium & sunt excommunicandi ut ex variis juris Can. textibus constat, qui à Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. de reformat. renovantur, ubi Concilium mandat, ut ii, qui decimas dare noluerint aut subtrahunt aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plenâ restitutione secutâ absolvantur.

2. De Religiosis in cap. discretioni 1. de decim. in 6. agitur in quo Greg. IX. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus: *discretioni vestra mandamus, districtius inhibentes, ne talia, quæ audientes à decimarum seu aliarum rerum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, vel alias animas corrumpant audientium in sermonibus vestris vel alibi proponere de cetero presumat.* in Clem. cupientes 3. de pœn. lib. 5. tit. 8. Religiosi dicentes pravo animo aliquid, quo audientes retrahuntur à solutione decimarum excommunicantur ipso facto, confitentibus non facientes conscientiam super solvendis decimis suspenduntur à prædicationis officio, incursum excommunicationem ipso facto, si prædicare præsumperint prædictâ negligentiam non purgatâ. In Clem. Religiosi 1. de decim. lib. 3. tit. 8. fertur pœna suspensionis & in eos, qui administrationem non habent, excommunicationis, si fraudaverint decimas his verbis: *Religiosi quicumque, qui novalium aut alias decimas Ecclesiarum debitas ad eos ex aliquâ causâ legitimâ non spectantes appropriare sibi præsumperint aut exquisitis fraudibus sive coloribus usurpare; seu qui de animalibus familiarium & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium; seu qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda; seu qui de terris, quas tradunt aliis excolendas decimam solvi Ecclesiis non permisserint, aut prohibuerint; nisi post requisitionem per*

D  
 eos, qu  
 si desiste  
 premissa  
 duos men  
 rini comp  
 administr  
 desisterin  
 di admin  
 quo alii p  
 uication  
 nullaten  
 giosi del  
 nem & e  
 laici sint p  
 pent, oc  
 si jure suo  
 Ecclesiasti  
 incurrunt  
 Cœnæ sur

Q. 1.  
 R. Pri  
 & arboru  
 restatione  
 taliter dati  
 cerdotum  
 ex illo Pre  
 tua tua &  
 Fuerunt it  
 tulit Deo  
 ter in ant  
 de novis  
 novo vine  
 ad jus nat

eos, quorum intererit, super hoc eis factam à præmissis destiterint intra mensem, aut si de iis, qua contra præmissa usurpare vel retinere præsumpserint, intra duos menses damnificatis Ecclesiis emendam non fecerint competentem: sint & tamdiu maneant ab officiis, administrationibus & beneficiis suis suspensi, donec destiterint & satisfecerint. ., quod si Religiosi huiusmodi administrationes vel beneficia non habeant, eo casu, quo alii prædicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant ante satisfactionem condignam nullatenus absolvendi: ex quibus patet, quod Religiosi defraudantes decimas nec satisficientes suspensionem & excommunicationem incurrant ipso facto, cum laici sint per sententiam excommunicandi, nisi usurpent, occupent, sequestrent sine legitimo titulo, quasi jure suo utentes, decimas ad summum Pontificem vel Ecclesiasticas Personas pertinentes, tunc enim & ipsi incurrunt ipso facto excommunicationem per Bullam Cœnæ summo Pontifici reservatam.

## §. 2.

## De primitiis &amp; oblationibus.

Q. I. Quid sint primitiæ & an sint præceptæ?

R. Primitiæ sunt primi fructus agrorum, vinearum & arborum, qui immediatè Deo offerebantur in contestationem grati animi pro frugibus terræ à Deo liberaliter datis, quamvis deinde cederent in alimenta Sacerdotum; erant in lege veteri in Præcepto ut constat ex illo Proverb. 3. v. 9. *Honora Dominum de substantia tua & de primitiis omnium frugum tuarum da ei.* Fuerunt in usu etiam in lege naturæ; sic Abel justus obtulit Deo primitias frugum, in lege veteri solvebantur ter in anno, in Paschate de novis granis, in Pentecoste de novis Panibus, in Septembri vel Autumno de novo vino, aliisque fructibus illo tempore maturis; ad jus naturale pertinet absolutè, quod homo ex re-

bus sibi à Deo datis aliquid exhibeat ad ipsius honorem, sed quod talibus personis aut de primis fructibus, aut in tali quantitate, pertinet ad jus Ecclesiasticum, quod hodie ferè ubique per contrariam consuetudinem est abolitum.

Q. 2. Quid sit oblatio & quæ ad eandem obligatio?

R. 1. Oblatio sacra latius sumpta est quælibet res sive mobilis sive immobilis, quæ Ecclesiæ vel causæ piæ aut per dispositionem inter vivos aut per ultimam voluntatem à fidelibus pro salute animæ aut ad cultum divinum defertur; strictè sumpta est donum manuale, quod fideles vel inter missarum solemnias vel extra ad Altare, Capellam, Sanctorum reliquias vel pias imagines offerunt.

2. Tales oblationes ex natura sua sunt liberales & pietatis ac Religionis, idè regulariter non obligantur fideles aliquid offerre aut in certa quantitate deferre cum nullum habeamus expressum Canonem tales oblationes præcipientem. Excipiuntur 4. casus. 1. Quando oblatio debetur per modum census, ut quando alicui cum illo onere fundus est datus, ut certis temporibus certas oblationes in Ecclesia faciat. 2. Quando quis per Legatum in testamento reliquit Ecclesiæ rem aliquam mobilem vel immobilem. 3. Quando ministris Ecclesiæ deficiunt med a congruæ sustentationis, obligantur fideles suis oblationibus necessitati ministrorum Ecclesiæ succurrere. 4. Si per longam consuetudinem sit introducta obligatio faciendi oblationes quia nimirum populus per 10. annos oblationes in certis solemnitatibus quasi ex obligatione sive cum sive sine intentione contrahendæ obligationis fecit, ut enim in cap. ad Apostolicam 42 de Sim. lib. 5. tit. 3. præcipitur piæ & laudabiles consuetudines, piâ fidelium devotione introductæ videlicet offerendi aliquid in exequiis defuncto-

D  
Sanctorum  
milibus ob  
te cognita  
laudabilem  
Q. 3.  
R. 1. C  
bent recipi  
nis justè ac  
tizatis & a  
communi  
à raptori  
Dist. XC  
fovent, &  
Caus. XII  
penitentib  
2. A no  
offeruntur  
si bona sint  
obnoxia,  
si justè quid  
ex titulo jus  
debitor es  
et cum pra  
non est solv  
entationes  
tat.  
Q. 4. C  
R. 1. Ue se  
nis attende  
si de certo  
no pertinet  
Sacrament  
divino, &  
Deinde obl  
Parochiali

functorum vel benedictionibus nuptiarum aut aliis similibus observari debent, & ab ordinario loci veritate cognitâ compescendi sunt, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

Q. 3. A quibus non debent recipi oblationes?

R. 1. Oblationes publicæ in Ecclesia factæ non debent recipi in detestationem criminis, licet fiant ex bonis justè acquisitis, non tantum ab infidelibus non baptizatis & ab excommunicatis, ne cum illis in spiritualibus communicetur; sed etiam ab usurariis cap. 3. de usur. à raptoribus cap. 2. de rapt. lib. 5. tit. 17. ex can. 2. Dist. XC. ab iis, qui notoriè dissident & inimicitias fovent, & qui pauperes opprimunt ex Can. de viro 17. Caus. XII. Q. 2. à Sacrilegis & à publicè & solemniter pœnitentibus.

2. A non criminosis verò ratione bonorum, quæ offeruntur, oblationes recipi non possunt imprimis, si bona sint injustè acquisita, talia enim restitutioni sunt obnoxia, & hinc Deo offerri non possunt. Deinde si justè quidem sunt acquisita, sed aliis potiore jure vel ex titulo justitiæ vel pietatis aut charitatis debentur, ut si debitor ex bonis debitis oblationes immodicâs faceret cum præjudicio creditorum, quibus postmodum non est solvendo, si filius ex bonis necessariis ad sustentationem Parentum vel econtrâ oblationes faciat.

Q. 4. Cuiam debeantur oblationes?

R. Ut sciatur, cuiam oblationes debeantur, imprimis attendendum est ad intentionem offerentis. Quod si de certo usu ab offerente intento non constet, oblatio pertinet ad sacerdotes curam animarum gerentes & Sacramenta administrantes, ut oblata ex parte cultui divino, & ex parte suæ congruæ sustentationi applicent. Deinde oblationes factæ Capellæ, sive in ipsâ Ecclesiâ Parochiali sive intrâ fines Parochiæ extrâ Ecclesiam Pa-

rochiale extet, si de alia intentione non constet, pertinent ad Parochum, idem est si fiant alicui p[ro] imagin[i]. Denique ex privilegio vel consuetudine legitime p[re]scripta, oblationes alteri Ecclesie à Parochiali facta illi Ecclesie, in qua facta sunt, debentur ut est exemplum in cap. cum inter 29. de V. S. lib. 5. tit. 40.

## DISPUTATIO XXXVII.

*De Juramento & Perjurio.*

**J**uramentum computatur inter externos religionis actus: cum per illud exterius infallibilitatem divinæ veritatis protestemur, quoad etymon nominis videtur derivari à jure, sicut etiam dicitur quandoque jusjurandum, quasi id, quod juratum est, eandem obtineat firmitatem, ac si Jure constitutum esset. Vocatur etiam Sacramentum, eo quod divinum testimonium externo quodam signo assumatur.

## QUÆSTIO I.

*Quid & quomplex Juramentum?*

**D**ICO I. *Assumere Deum in testem dicitur jurare* S. Th. hic Q. 89. A. 1. O. sive Juramentum est invocatio Dei in testem.

*Probat*ur: hæc definitio continet illud, in quo convenit Juramentum cum aliis religionis actibus & in quo differt: convenit enim Juramentum v. g. cum oratione in hoc, quod utrumque sit divini nominis invocatio, differt autem, quod in oratione fiat invocatio ad petendum & impetrandum, in Juramento verò ad fidem faciendam, quæ est finis Juramenti: cum enim particularia hominum facta sufficienter probari nequeant nec per rationem necessariam

Di  
cessariam  
nos, qu  
peignora  
eunt: ig  
oculta,  
nes loqu  
trudo al  
ad divini  
potest m  
dam ver  
Port  
si petere  
promissa  
esset tene  
veritatem  
vitam sive  
Judicio  
tur Deus  
scrutabili  
sua plac  
lo veritat  
Duplic  
& implic  
mediate p  
Dei testin  
fit mihi D  
in promit  
to Deo n  
ia est, q  
bilis addi  
quæ non  
nii fit, se  
cialiter si  
lariter De  
ccelum,